8 Quid de ſnia duoꝝ delegatoꝝ diſcordātiū. ℞. ꝙ dependet ex delegante vt acceptet quā voluerit. Secus in ſententia arbitrorum ex cõpromiſſo. q2 non tenet. Similiter ꝑſidētes loco pape in ꝯcilio generali niſi oēs cõſentiant in actu gerendo nihil faciunt. q2 vnius ꝯtradictio inficit totū. nõ. Pa. in. c. non eſt de regula. ⁊ in. c. pe. de ſta. mo. Secus i ſententia duoꝝ ordinariorum diſcordantium que tꝫ ꝓ reo. niſi in cauſa matrimonij liberatans. ⁊ teſti ⁊ i huiuſ modi fauorabilibꝰ. q2 tūc tenet ꝓ actore. vt in. c. vltio. de ſen. ⁊ re. iud. intellige ſi agit vt matrimoniū ⁊ huiuſmodi teneant. aliter valeret ꝓ eo qui vt valeat agit: vel ſe defendit.

9 Utrū quis teneatur acceptare ſubdelegationem in caſu quo ſubdelegare põt. ℞. Inno. in. c. paſtoral. de offi. dele. ꝙ ſic. niſi qn̄ ꝯſtat ꝙ delegatus malicioſe ſe exonerat. vt in tex. ꝑfati. c. paſtoralis. nam tunc non tenetur. ⁊ ſi vellet eū cogere iuſta eſt applo eius Secus ſi non conſtaret. Et eſt dña inter delegatum a ꝑncipe ⁊ ab inferiore. q2 delegatus a ꝑncipe poteſt cogere oēs: ēt ſi non ſint ſui fori. C. qui ꝓ ſua iuriſdi. l. 2. ff. de mu. ⁊ ho. l munerum. §. iudicandi: exceptis aduocatis qui alibi ꝙ in foro ſuo recipe iudicium nõ pñt cogi. C. de adno. diuer. iudi. l. ſancimus in fi. Delegatus ab ordinario non poteſt cogere hominem alterius fori. ff. de iuriſ. o. iudi. l. vltima. ff. de iu. ⁊ cu. da. ab hijs. l. i. de offi. or. paſtoralis in ꝑn. ⁊ in glo. ꝑfati. c. paſtoralis. de offi. dele.

10 Ubi poteſt cognoſcere delegatus pape. vide. ſ. Cõmiſſio.

11 Quando expirat iuriſdictio eius. ℞. re integra expirat per ſcientiam mortis delegantis. l. eius qui in ꝑn. ff. ſi cer. pe. de offi. dele. gratum. Item per mortem illiꝰ contra quē mandatur re integra. de reſcrip. ſignificauit ⁊ multis alijs modis. vt in. c. quoniam abbas de offi. dele. ⁊ in multis alijs locis que omitto.

12 Quó pōt abſoluere excoicatos a ſe. vide. ſ.
Abſolutio.2.in pn. ⁊.§.1.
13 Quid ſi delegatus ñ vult facere ſidē ō mā
dato ſuo. ⁊ ppea aliquis ñ vult ei credeꝛ cū
nō teneat. vt in.c.cū in iure ō offi.dele. ⁊ cū.
excoicat. R.ſm doc.in.d.c.ꝙ ñ tꝫ.qꝛ delega
tus ñ hꝫ autoritatē excoicandi. niſi qñ eēt ſi
bi rebell'. ⁊ cū tal' nō ſit ex iuriſdictiōis defec
tu.nulla eſt excoicatio.

d **Ementia** ſi eſt pſeuerās excuſat a clpa
quantū ad factū in ipa cōmiſſū.15.
q.1.aliquos.32.q.7.quēadmodū. ⁊ ab irre
gularitate.vt in cle.vnica.de homici.
1 Utꝝ qui aliñ fuit demēs poſſit pmoueri ad
ordines.vide.ſ.Corpore viciatus.§.8.

d **Emoniacus** an poſ ſit pmo
ueri.vide.ſ.Corpore viciatuſ.§.8
Quō in dubio poſſit pbari an qs ſit demo
niacus. R.ꝙ ſi p.30.dies carnibus indiffe
rēter veſci cogatur. ⁊ maxime edinis que ō
mones puocant.vt hētur in.c.2.7.q.2.i tex.
⁊ in glo.ſi nullā ſentiet leſionem appebit ꝙ
non ſit demoniacus.

d **Enūciatio** ꝗ̄tuplex. pa euangelica.
qꝛ ab euāgelio ſūpta Math.18. ⁊ ꝗ̄quirit.6
Primū ꝙ ſit frater.ſ.xpianꝰ.11.q.3.ad mēſā
lꝫ infidelis poſſet denunciari ſi contra legē
nature:uel ꝯ legē eoꝝ in moralibus offēdit
qꝛ papa hꝫ iuriſdictionem in eos in iſtis caſi
bus.de quo.ſ.Judeus.§.27.al' non. Secun
dū ꝙ pcedat ſecreta monitio in qua vt emē
det l' deſiſtat obſecrandus eſt. Tertiū ꝙ pec
catū non ſit oio occultū: ſed ꝙ poſſit pba
ri p teſtes.qꝛ ſi eēt oio occultū non hēret lo
cū. ⁊ ſequitur Pa.in.c.nouit.de iudi.2.q.1.
ſi peccauerit.ymo ſi ēt vnus ſolus teſtis eēt
non poſſet denunciari ad penitentiam im-
ponendam. Quartum ꝙ ſi non deſiſtit: vel
emendat ſe ad eius monitionem adhibeat
teſtes qui ſciunt.vel cum quibus poſſit eum
conuincere. Quintum ꝙ ſi ſe non corrigit
dicatur prelato ⁊ denuncietur. Sextum ꝙ
pbet ſe cum bis monuiſſe.vt.ſ.dicam.
1 Utꝝ quilibet teneatur ad ſupradictam denū
ciationem. R. doc. cano.in dictis.c. nouit.
⁊ ſi peccauerit varie loquuntur. Sed videt
mihi dicen̄ p concordia. ꝙ ſi loquamur put
eſt ſolum fraterna correctio.ſic tene opinio
nē Archi.in.d.c.ſi peccauerit.ꝙ eſt oibuſ ō
pcepto.ſm ꝙ dixi.ſ.Correctio fraterna. Et
iſta correctio ſolū pcedit ab actu caritatis.
⁊ iſta pꝓe ñ dr denunciatio euāgelica. nec
requirunt ſupradicta. Si vō loquamur de
denūciatōe pꝓe euangelica. ⁊ tc̄ diſtinguo
ſm Jnno.in.d.c.nouit.ꝙ aut loquimur de
peccato ppetrato qō recipit augumentū:vl'
multiplicatōeꝫ:ſeu ꝯtinuatiōeꝫ mali. ⁊ ēt de
ppetrando. ⁊ ſic glꝫ q credit ſe eā poſſe pſi.
cere ſine graui detrimento.puta. qꝛ ñ opor
teret eum deſiſtere a negocijs ſuis:l' incurrē
inimiciciam:vel aliud piculū tenetur de pce
pto.22.q.5.c.hoc videtur. Nō vēꝝ intelligo
qñ talis eſt platus p quē finis huius denun
ciationis obtineri poſſit qui eſt vt l' ille emē
det.nā ſi vellet ad aliud pcedere platus pec
catore emendando ſe.ñ pōt de iure ſꝫ doc.
in.d.c.nouit.qꝛ p iſtā viā ñ ꝗ̄ritur niſi pnīa
peccan. l' ſi corrigi ñ vlt ad terrorē alioꝝ ex
coicet ⁊ tali puideatur ꝙ ceteri timeāt. Si
uero tal' ñ ſit plat': l' nō poſſit ſiñ graui dam
no eā pſeq. ſic nō tenet niſi ſolū q ex offō
hꝫ.cui dr.83.di. Error cui ñ reſiſtit approba
tur ⁊c̄.cū ſilibus. Si uero loq̄mur ō pecca
to perpetrato qō nō hꝫ ꝯtinuatōeꝫ.ſic dico
ꝙ ſoluꝫ tenent q hñt ex officio. Rō qꝛ hoc
pcedit ab actu iuſtie ad inſtruendū alios p
exemplū.qō qdē ptinet ad ſupiores.11.q.3.
pcipue. ⁊.23.q.4.duo iſta.
Utꝝ denunciationem euangelicā ſēp de. 2
beat pcedere admonitio.ō qua.ſ.dictū eſt.
R.ꝙ ſi peccatum eſt publicum nulla requi
ritur monitio ſm Archi.in.d.c.ſi peccauerit
iuxta illud.peccantem coram oibus argue.
45.di.ſed illud. Si vero peccatū eſt occul
tum. ⁊ tardatio denunciationis inferret no
cumētum pximo tpꝛale vel ſpūale.puta.tra
ditio ciuitatis.hereſis infectio. ⁊ huiuſmōi
ſimiliter ſine monitione ōnunciabitur. niſi
conſtet ꝙ ad eius monitionē deſiſtet. Nam
quilibet debet corrigi vt ſi pōt eius fama ñ
ledatur. Si vero non ſit nocumentum pro
ximo niſi ipi peccanti ſolum.debet pcedere
duplex monitio.vna per monentem ſolum
que p iuramentum ipius habet pbari. Alia
per monentem ⁊ vno teſte vel duobus. ⁊ p
ipos pbatur. Limitat Ri.in.4.di.19.ar.3.
q.1. qui concordat cum ſupradictis. niſi p
babiliter crederet non pficere per ſecretaꝫ
monitionem.ſed potius ille irritaretur con
tra corrigentem. ⁊ pmunimus ſubterfugia ꝗ̄
reret vt corrigi non poſſet.iuxta illud pū.
9.Noli arguere deriſorem ne oderit te. qa
nō debet tunc monere.al' ſic.
Qui admittunt ad hanc euangelicā de 3
nūciatōem. R.ſm glo.i dc̄is.c.ſi peccauerit.
⁊ nouit.ꝙ admittunt oēs iſfames.mulieres
minores.niſi pmaneāt i crimine.ſilr etiā ad
teſtiōium. Limitat Jnno.in.d.c.nouit.ſi ſo
lū pnīa de crimine ꝗ̄rit.vt dꝫ fieri in iſta. ⁊ ñ
aliquod tpꝛale nec directe:nec icidenter. qꝛ
tūc nō legiptimi teſtes admittunt ſm eūdeꝫ.
Jnno.
4 Utrum ſit ordo iuris ſeruandus in ea. R.
ſm Jnno.in.d.c.nouit.ꝙ non ar.c.1.de do
lo. ⁊ contu.
5 Scda dr canonica q̄ a canonibus iuēta ē
q̄ tñ hꝫ ortū ſm Jnno.a lege veteri. Et iſta ē
duplex. Quedā ſpāl' ꝯpetens illi ſoli cuius
intereſt habere bonū platum. ⁊ fit vt qs de
beneficio ammoueatur. ⁊ requiritur trina
monitio ſecundum communiter doc. ⁊ facit
glo.2.q.7.c.quapropter. Alia eſt generalis
⁊ publica. Et hec ſecundum Jnno. etiaꝫ lo
cum habet in criminibus perpetratis ſi cri
mina recipiunt augumentum propter mul
tiplicationem actuum:vel propter cōtinua
tionem iniurie.alias non:niſi ſoluꝫ de per
petrandis. ⁊ de hac habetur de iure iuran
do.c. quemadmodum.in fi. Quo vero ad
perpetranda habetur de deſpon.impu.c.
ad diſſoluendum.22.q.5.hoc videt. ⁊ non
dꝫ in iſta generali precedat ſecreta monitio
ſecundum glo.in.d.c.ad diſſoluendum.
6. Tertia dicitur iudicialis. Et hec eſt duplex.
Quedaꝫ publica que.ſ.competit ex officio
puro in qua non requirit monitio.ſed iudex
ex officio ſuo ⁊ per denunciationem ſuoꝝ
officialium in ea procedit. ⁊ habet locum
tñ in notorijs.vt in.l.ea qdem.C.de accu.
Et ſolum iudex qui habet merum vel mix
tum imperium tales denunciatores conſti
tuere pōt.vt in.l.1.§.quies quoqꝫ.ff.de offi.
pre.vr. Quedam priuata que competit leſo
pro ſuo itereſſe. Et iſta qñqꝫ in foro ciuili ⁊
de plano expedit.etiam ſi non preceſſit mo
nitio.vt qñ ille qui proponit nō pōt agere.
pū.quia ſeruus:vel poteſtati alterius ſubdi
tus.inſti.de hijs qui ſunt ſui vel alie.iur. §.
pe.ff.de offi.pre.ur.l.1.§.quod aūt. Et idem
dic de religioſis conquerentibus de iniſtis
grauaminibus ſuorum prelatorum. Iteꝫ ō
hijs que ſpectant ad forum venale vt iuſto
precio vendant. Jdem de ruſticis oppſſis.
Jn foro autem canonico requit triplex mo
nitio ſm Ho. ⁊ cōiter doc.in.d.c.nouit.ſed
Pa.ibidem tꝫ ſufficere binam.ſicut in euā
gelica. Et hoc credo verum ꝙ dꝫ precedeꝛ
monitio:niſi timor ipediret eam. Et lꝫ iudex
eccl'iaſticus indiſtincte admittat ōnunciatio
nem euangelicam.nō tñ iſtam:niſi qñ crim̄
ē eccl'iaſticū de ſui nā:vel rōe pacis:vel iura
mēti: vel crimen notorium nō audit i foro
ſecu lari:vel qñ ē miſerabilis pſona q̄ eā p
ponit. Jtē qñ pp potentiam ſe nō pōt iuuaꝛ
i foro ſeculari.qꝛ ciꝰ dñs vl' tirānus. Et hec
differt ab euāgelica. Primo qꝛ nō admittit
niſi ille cuius inteſt. Jtē ille cuius iteeſt ñ re
pellit ptextu cris. Jtem in iſta non recipiun
tur.niſi legitimi teſtes. Jtē i iſta ñ ſolū reqꝛit
vt corrigat peccatū vt i illa.ſed ēt vt res reſti
tuatur ⁊ leſus ſeruetur indemnis. Jtem in
iſta proceditur iudicialiter. Unde danda ē
in ſcriptis ſienda litis conteſtatio. ⁊ ſenten
tia in ſcriptis ferenda.non in illa.lꝫ iſta ex
pediatur de plano. ⁊ ideo dicitur iudicial'.
quia in iudicio fit ⁊ iudicialiter proceditur
lꝫ non vſquequaqꝫ. Jn illa vero nō. Et de
hoc vide Pa.in.d.c.nouit diffuſe.
Quomodo formabitur libellus:ſeu ōnū 7
tiatio in iſta iudiciali. R.ſecundū Jnno.i.d.
c.nouit.ſic Domine iudex. talis tenet libum
meum contra conſcientiam ⁊ in periculuꝫ
anime ſue cum ad me pertineat. Jdeo peto
officium veſtrum vt cogatis eū ad penitē
tiam ⁊ reſtitutionem.
Quarta dicitur regularis.qꝛ ſm diuerſas 8
religiones ⁊ religioſoꝝ ꝯſtitōnes expedit ⁊
pcedit ſimpliciter ⁊ de plano. ⁊ nō pōt ap
pellari ſm Jo.an.facit.c.reprehenſibil' de
ap. Et ad iſtas vltimas nemo obligatur:ni
ſi quando a ſuo plato cogit.vt īfra patebit.
Utrum teneatur quis denūciare alicui eꝰ 9
peccatum quod ipſe qui cōmiſit ignorat.vi
de.ſ.correctio.2.§.6.
Utrū plato pcipienti denūciādū peccatū 10
alterius teneat ſubditus obedire niſi ſerua
ta forma euāgelica. R.ſi peccatū ē publicū:
vel in nocumentum pximi fien̄.dic ꝙ ſic.vt
ſ.pꝫ in principio. Jdē dic quando non ſpe
ratur correctio:lꝫ non ſit in nocumentū.vt
ſupra dictū ē.§.1. Si vero peccatū non ē ad
nocendū pximo ⁊ occultū ⁊ ſpatur correc
tio ſi ſecrete corrigat. vt cōiter dꝫ pſumi ni
ſi ſint ſigna pbabilia in ꝯtrium.tunc dico ſꝫ
Ri.vbi ſupra ꝙ publicā denunciationē dꝫ
pcedere ſecreta monitio ex pcepto diuino
ꝯ qō platus non pōt pcipere: nec ſubditus
obedire: ⁊ ſi frī ſe corrigit debeo deſiſtere a
publica denunciatione. Et ſic intellige.2.q.
1.ſi peccauerit.2.q.7.accuſatio. Nā ex pcep
to dei teneor ſi poſſum ſine detrimento bo
ni ſpiritualis illius quem corrigo famam ip
ſius non ledere:quia precioſior ē tempo
ralia. ⁊ valet ad bona temporalia.vt de te
ſti.c.teſtimonium. ⁊ de exceſ.pre.inter dile
ctos. Jtem ad bona ſpiritualia.quia multi
timore infamie a peccato retrahunt q qñ ſe iſa

matos ꝯſiderant. ſine freno peccant. Uñ gl.
ſup illud Mat. 18. Uade ⁊ cõripe eũ ⁊c. di
cit. ne publice correctus verecundiã pdat: q̄
pduta in peccato remaneat. Secretam antē
denunciatiōez nō eſt neceſſe pcedat monitō
Et iō ſiue ſecrete monuerim: ſiue non: ſiue
ſecrete correxerit ſe ad meam monitionem
ſiue ñ. tenetur ſecrete denunciare plato pci
pienti. qꝛ valet ad pcauenda peccata recidi-
uij. nec eſt in fame ffris puidiciũ ſi talis ē pla
tus. q̄lis eē dꝫ. Rō eſt. qꝛ qlibet teneť obedi
re ſuo plato i hijs q̄ ptinent ad eoꝝ offm̃ ⁊
⁊ nō ſunt ꝯ deũ l' aiam. ſꝫ ſic obedire ñ eſt ꝯ
deũ. ymo ſm deũ ⁊ intētionē euangelicaꝫ. i
qua nō ſolũ dñs intendit peccatorē corrige
re. ſꝫ ēt correctō de recidiuio pcauere. qꝛ nō
eſt opus valentibus. Mat. 9. ⁊ ſic prelatos
medicos voluit eē. Eſt etiam de hijs que p-
tinent ad offm̃ platoꝝ. Uñ Ber. li. de diſpē
ſatione ⁊ pcepto. c. 5. dicit. Regularis pſeſ-
ſio q̄ ſe minor ſponte ſubdidit maiori eque
alligat. ⁊ cois equidē pacti reoꝛ vtrunqꝫ ne
ceſſitate teneri. vnũ fidelis cure. alteꝝ fidel'
obie. Cura aũt nō eſt tm̃ ad curañ. ſꝫ ēt ad p
ſeruãdũ a peccato. qð fieri ñ pōt. niſi pecca
tor correctus in quo eſt pditas derelicta co
gnoſcatur. nec pōt cognoſci niſi per te q ſo
lus noſti. ergo teneris dicere ad bonuꝫ ffris
tui. Uñ videmus q ſemel lapſus in peccatũ
carnis facilius relabitur. ymo vix retinetur
hꝰ ſnie eſt Aug. ſup leui. 5. c. ⁊. 22. q. 5. §. hoc
vꝫ. Itē Gual. in ſũ. Guil. de mara. ⁊ coiter
oēs doc. ordinis noſtri. ⁊. S. Tho. in quol'.
Si tm̃ p ſigna ualde pbabilia ⁊ pſũptōnes
quaſi violentas crederetur q platus ex illa
denunciatione fratrē infamare vellet. tc̄ cri
men oculũ fratris iã veraciter correctũ ſibi
denũciari non debet. Et hec que de denũ-
ciatione publica dixi vera ſunt ſm. S. tho.
ſa. ſe. q. 33. ar. 7. in grauibus peccatis. non i
leuibus que fame non derrogant. Nec ob.
hijs dictũ Aug. in regula qui dicit. q pecca
tum fratris pus dꝫ oñdi pposito q̄ teſtibus
qꝛ vt dic̄ Ri. vbi. s. q: 2: ibi loquitur ſꝫ q ppo
ſitus eſt ſinglaris pſona q̄ pōt ⁊ dꝫ pdeſſe
magis q̄ alius quilꝫ. ſꝫ oñdere plato tãq̄
eccle. i. ſicut in loco iudicis reſidenti dꝫ ſeq
teſtium inductionem. vt dictum eſt in pnci
pio huius. c.
11 Quid de eo q iurauit denunciař omne cri
mē qð ſciuerit. R. q tale iuramentũ debet
interptari vt denunciet mō debito. facit. c. ex
parte tua. de cle. non reſi. cum ſimilibus.
Et ideo ſi loquimur de denunciatiōe publi
ca. ſic ñ pōt. niſi pmo monuerit peccãtē. Se
cundo q poſſit pbare eꝰ dc̄ꝫ. Tertio q mo
nuerit eũ pñte vno l' duobus p quos poſſit
pbare monitōem. ⁊. 4. q noluerit ſe ꝯuer
tere. qꝛ iſtis deficientibꝰ ſi reuelaret faceř ꝯ
ius diuꝫ. ⁊ ſic peccaret mōtalř. vt nō. theo.
⁊ canoniſte maxie i. d. c. ſi peccauerit. Nð
lita veꝝ de oi peccato occulto qð ñ hꝫ noce
re pxio. vt dc̄ꝫ eſt. s. Si vo loq̄mur d denũ
ciatione ſecreta fienda plato. tc̄ dic q teneť
ſiue pbare poſſit ſiue ñ. ſiue monuerit iuſti
cie. ſi mō plaus ſit q̄lis eē dꝫ. al' ñ. vt puta. qꝛ
crudelis. qꝛ beſtialis: l' diffamator ⁊ hꝰ mōi.
qꝛ i tali ñ dꝫ niſi vt pius pr̄ orando. monen
do caritatiue iducendo ſrem ad corrigeñ. ⁊
ſi ñ pōt dittat eũ deo. ⁊ apte pbatur in. d. c.
ſi peccauerit.
Quid ſi iurauit l' pmiſit ñ denũciare. R. 12
q ſi itēdebat qñ pmiſit l' iurauit q ēt ad pce
ptũ ſupioris. l' ēt ſñ pcepto ſupioris i pcō co
mitēdo ñ reuelare. mortalř peccauit pmittē
do. ⁊ teneť. ñ obſtãte iuramto ⁊ pmiſſione
denũciare i caſu i quo denũciatio cadit ſub
pcepto. In alijs aũt caſibꝰ i qbus ē d ꝯſilio
ñ teneť ſꝫ bñ pōt dnũciare. ñ obſtante tali iu
ramento. l' pmiſſiōe ſiue peccato. ſm nō. 22.
q. 4. i multis capitulis.
Utꝝ epo l' alio ſupiōe pcipiēte vt qlꝫ q ſcit 13
qs fecerit tale furtũ teneať reuelare ſub excoi
catōe late ſnie. ſit reuelañ qcqd aliquis ſcit?
R. vt colligo ex ſupdictis. ⁊ p ea q̄ dicaꝫ. j.
Inqſitō. §. 1. q aut epꝯ hꝫ iſfamatũ aliquē d
aliquo. ⁊ qꝛ ñ plene pbř admonet vt q ſcit
dicat. tc̄ idiſtincte teneť dponere qcqd ſcit. lꝫ
ñ pceſſerit monitio ⁊ lꝫ ñ poſſit pbare. qꝛ tc̄
ñ venit vt dnunciet: ſed vt teſtificeť d eo qð
ſcit. fac̄. c. i. d teſti. co. ⁊ qð ibi nō. Fallit h in
parentibus ⁊ filijs q nec ēt volētes ad teſtimo
niũ aduerſus ſe iuitē admittunť. tex. eſt i. l. p
entes. C. d teſti. ⁊. 4. q. 3. §. itē pētes. Et inteli
gitur ſolũ d aſcendētibus ⁊ de dſcentibꝰ. ñ
de collateralibus. ſm glo. in. d. §. itē. Nec ēt
debēt ꝯpelli vxor ꝯ viꝝ. nec ſocer aduerſus
geneꝝ. puignũ. ſobrinũ. ſobrinã. ⁊ ex ſobri
nis natũ. ⁊ eos qi pori gradu ſũt. vt. 4. q. 3.
§. itē. l. iul. ponit i. l. lege iulia iudioꝝ publi
coꝝ. ff. de teſti. vbi dic̄ glo. ſobrini ⁊ ſobrine
ſũt q ex ſenis. puta ꝯſobris deſcendũt. ſic̄ ꝯ
ſobrini qi ꝯſororini. vt inſti. d gra. §. 4. ⁊. 6.
Hoc lito qñ pcediť crialř. ſecus ſi ciuilř. vt.
j. Familia. §. 7. Si aũt ñ extat iſaia ꝯ aliquē
ſꝫ in gnãli inqrit qs fecerit tale qd. vt fit coi
ter. ſic teneť talē admonere. ſm ordinē euan
gelicũ vt pnideat ⁊ emēdet qð fec̄ ⁊ ſatiſfa
ciat epo pcipienti. al' ſi noluerit tc̄ ſi pōt pba
re teneť reuelare, alř erit excoicatus. ſꝫ ſi p
bare ñ poſſet ñ teneť. Ita tꝫ glo. i. c. ſacerdoſ
de pe. di. 6. ⁊. 6. q. i. c. ſi oia. ⁊. q. 2: placuit. ⁊
d. c. ſi peccauerit. 2. q. 7. plerunqꝫ. facit. c. ſi ſa
cerdos. de offi. or. Et rō eſt. qꝛ tc̄ regritur vt
denunciator: ñ vt teſtis. Nð nō. qꝛ ſepe veit
in pratica. Et p hoc iſert Jo. de pla. inſti. de
pub. iudi. q puniēs illũ q ſcit aliquē comi
ſiſſe crimen leſe maieſtatis: qꝛ non denunci
auit. cũ pbare ñ poſſet q tenetur ei ad om
ne dãnũ. Et idem tꝫ Bal. i quodã ꝯſilio. qð
icipit. Quãq̄ allegata ſunt multa. Uñ qñ dr̄
q ſcit: intelligitur de ſcia pbabili. l. q accãre.
C. de eden. fac̄. l. nřis. C. de calũ. Si tm̃ eſſet
talis platus q ſecrete pnidere vellet. debeſt
ſibi ſecrete tãq̄ pr̄i dicere. 22. q. 5. c. hoc vꝫ.
Sꝫ cũ coiter regrãt vt pcedant iudicialř. ñ
teneť niſi de eo qð pbare pōt. Et ſꝫ hoc lita
qð. j. dicã. Furtũ. §. 41. ⁊ vide quod dicaꝫ. j
Familia. §. 8.

# d Epoſitum eſt qð cuſtodien aliciui

danũ eſt. vt. ff. depo. l. i. in pn.
1 In quibus ꝯſiſtit depoſitũ. R. glo. in. c. bo
na fides. eo. ti. q in rebus mobilibꝰ ⁊ ſe mo
uentibus. niſi forte vbi a pluribus res q̄ ē in
ꝯtrouerſia p ſeqneſtro depoitur. vt in. c. ex
ſiata. de iudi. ⁊ in. l. lꝫ. ff. depo.
2 Utrum dñium ⁊ poſſeſſio transferatur i d
poſitariũ. R. q ñ. ſꝫ remanet apð depon ētē
d. l. licet.
3 De qua culpa tenetur depoſitarꝰ. R. q rlř
ñ tenetur niſi de dolo ⁊ lata culpa. qꝛ coiter
fit grã deponentis tm̃. vt pꝫ i. d. c. bona fideſ
⁊. d. l. i. §. vltio. Sed in duobus caſibus tene
tur ēt de leui. Primus ſi mercedē accepit p
cuſtodia. d. l. i. §. ſi qs ſuũ. ⁊. d. c. bona fides
Scðs ſi ꝯuenit vt teneret. d. l. i. §. ſi ꝯueniat.
vbi dr̄ ꝯtus ex ꝯuētione legē accipiunt dũ
mō ñ ꝯueniat vt ñ teneať de dolo. qꝛ hec cō
uentio eſt ꝯ bonos mores ⁊ ꝯ bonã fidem
⁊ iō ñ eſt ſequenda. d. §. ſi ꝯueniat. Et in tri
bus caſibꝰ teneť de leuiſſima. Prinꝰ ſi cã d
poſitarij apud eũ ſit res depoſita. Secundꝰ
ſi depoſito ſe obtulit. intellige qñ diligentiſſi
mũ excluſit. Tertius ſi ꝯuenit. vt i. d. l. i. §. ſe
pe euenit. De caſu fortuito non tenetur. niſi
fuerit in mora reſtituēdi. l' ex pacto ꝯuentũ.
d. c. bona fides.
4 Utꝝ eccla teneať p depoſito facto plato ec
cleſie ſi pijt. R. q ñ. vt pꝫ in. c. i. d depo. niſi
ſit verſũ in vtilitatē eccle. vt ibidē. Secus ſi
factũ fuiſſet plato cũ ꝯſenſu capli. ⁊ alijs ſo
lēnitatibus q̄ requirunť vt obligetur eccla. qꝛ
ē factũ eccle dpoſitũ tunc. ⁊ ſic tenetur. Ali
q tm̃ tenēt. q ſi dpoſitũ ſit factũ apð ſacriſtã
deputatũ ad cuſtodiam vaſorũ ⁊ depoſito
rũ a plato ⁊ toto caplō. eccla teneť. vt i gl.
in. c. i. eo. ti. Silr qñ prelatus ē cōſuetus bñ
adminiſtrare ⁊ gubernare bona eccle pſumi
tur in vtilitatē eccle cōuertiſſe. Ita dicit Ar
chi. in. c. hoc ius. 10. q. 2. ⁊ Bar. in. l. ciuitas
ff. ſi cer. pe. ⁊ latius per Bal. in aut. hoc ius
C. de ſacro ſan. ec.
Sed qs pbabit verſum i vtilitatē eccle. R. 5
q ille q dic̄. l. ei q. ff. de pba. ſm Inno. i. d. c
i. ⁊ dicit ſpãle hoc i depoſito ⁊ i mutuo. vt i
d. aut. hoc ius. §. is creditor. 10. q. 2. Sed in
depoſito nõ credo ego verũ niſi qñ p eius
ſatiſfactione oporteret vendere res imobi-
les eccle. ſed qñ pōt ſatiſfieri de fructibus
nō oꝫ pbare verſum i vtilitatē eccle. vt in. d.
§. is creditor. Silr nec in alijs ꝯtctibus. exce
pto mutuo. vide opi. diuerſas i. c. qbuſdam
de fideiuſ.
Utrũ depoſitarius poſſit res ſuas pponē 6
depoitis qñ ābas ſaluare nō pōt. R. ſm d. ſti
ctionē poſitã s. Cōmodatũ. §. 16. Et lꝫ. d. c.
bona fides. videať velle eum eē i dolo ſi ca-
ſu aliquo hꝫ ſaluas ſuas depoſitis pditis. i
tellige verum quo ad preſumptionem que
ceſſat in foro anime.
Quid ſi depoitũ reddať ſed detioratũ. R. 7
q tenetur qi redditum nō ſit. vt dicit tex. in
d. l. i. §. ſi res depoita. Nð intellige ſi dolo
deterioratũ ſit: l' ēt culpa. qñ de culpa teneba
tur qꝛ tc̄ teneť reſtituē: l' totã extimationē ſi de
terioratio tal' ſit q inutile factũ ē deponenti:
aut ſi non. ſaltem quãto deterius. ar. eorum
que nō. in. l. i. in prin. ff. de edil. edic.
Quid ſi heres aut alius diſtraxit depoſi 8
tum factum mortuo. R. q ſi doloſe fecit te-
netur. ſi autem ignorans rem depoſitam ⁊
bona fide diſtraxit non tenetur niſi de eo
qð ad eum peruenit. Similiter dic in como
dato. vt in. l. i. §. vltimo. ⁊. l. ſed ⁊ ſi non ſit
heres. ff. eo. ti. Nð ſi minus vendidit: vel p
tium nũdum exegit ſine dolo: tunc actiones
tantum preſtabit deponenti: aut comodan-
ti. vt in. l. 2. ff. depo. Si vero rem poſſit redi
mere ⁊ preſtare. nec velit. non caret culpa. i.
dolo. vt. l. plane. ff. depo. iuncta. l. dolus. ff.
man. Et ideo tenetur.
Utrum depoſitor poſſit reuocare depoſi 9
tum ſemper qñ vlt. R. q ſic. d. c. bona fides
etiam ſi depoſuiſſet t ſibi redderetur certo
tempore. vt in. d. l. i. §. ſi depoſuero.
Utrum ſemper ſit reddendũ depoſitum 10
quando petitur. R. q rlr ſic. ar. d. §. ſi depo
ſuero. ⁊. d. c. bona fides. ymo denegans cō
mittit furtum ⁊ condemnatus ſuo nomine

efficit̄ iſ̄ais. C. depoſiti. l. q depoſitū. Et nō. ſuo noīe. qꝛ ſi ꝓcuratorio. tutorio. curatorio ꝉ defenſorio noīe ꝯdēnet̄ ñ efficit̄ iſ̄ais. vt in l. furti. §. ſi qs alicō. ff. de hijs q no. iſa. Fallit tñ h. ſ. ꝙ teneat̄ reddē i. 4. caſib⁹. Prius qñ qs gladio depoito eff. cit̄ furioſus: ⁊ ſic eū petit. ñ tenet̄ ēt ſi iuraſſet ſꝑ reddē qñ petet. 22. q. 2. ne qs. Secūdus ſi dponēs poſt dpoitū fuit depoꝛtat⁹ ⁊ bōa e⁹ publicata ſūt. qꝛ i publicū deferri ē dpoſitū: ñ ei q dpoſuit. vt. l. bōa fides i pri. ff. dpo. Terti⁹ qñ fur ⁊ dñs ꝯcurrūt i petitōe. qꝛ dñs ꝓponit̄. d. l. bona fides. Quar⁹ qñ fur dpoſuit ap̄ dñz cui ſurripuit: ꝉ ap̄ ꝓprietariū. vt i. d. l. bōa fides.

11 Utrū cā ꝯpēſatōis poſſit retineri dpoitū. R. ꝙ ñ. vt i. d. c. bōa fides. Et ē ſingulare i dpoſito: lꝫ i alijs ſit ſecus. ꝑ rlāz. 32. q. 7. dñs. Qd vez ē de ꝯpēſatōe directa. ſꝫ d ꝯpēſatōne idirecta loquendo bñ pōt fieri i ꝯſcia ſimplr d qbuſcūqꝫ. vt s. Cōpēſatio. §. 2. lꝫ quo ad forū ꝯtēnoſum foret diſtinguendū pſertim qñ doloſe denegat facere debitum.

12 Utrū depoſitar⁹ poſſit vti re depoſita. R. ꝙ ñ. al' cōittit furtū. vt. l. q furtū. ff. de condi. fur. Fallit h i duobus caſibus. Prius ſi pecunia ñ obſignata deponat̄. l. qui⁹. ff. dpo. Sec⁹ ſi ſignata. l. ſi ſaculū. ff. depo. Et idem dic de qbuſcūqꝫ q̄ ꝯſiſtūt i nūo. pōdē ⁊ mēſura. eadem rōne. Secūdus ſi putauit dñm ꝑmiſſurum. ff. de fur. l. qui re. in prin.

13 Utrū a'iqs poſſit rē ſuā ap̄ aliū depoſitā furti accipe. R. fꝫ. S. Tho. ſa ſe. q. 66. ar. 5 ꝙ nō. qꝛ grauat depoſitariū ad reſtitueñ. vl' ſe oñdeñ imune. ⁊ iō ſi facit tenet̄ eū releuare. Qd vez i. elligo: niſi ipe depoſitari⁹ ſciuiſſet rē depoſitā iiuſte detentā a deponēte: ꝉ niſi vero dño eā petēte ſil' cuz vſurpatore eā ſibi denegaſſet: qꝛ cū iiuſte eā teneat videtur ꝙ ſine peccato furti poſſit ſibi auferri. ar. l. ancille. C. de fur. ⁊. l. bona fides. ff. depoſiti.

14 Cui credeñ ē qñ depoſitū nō ē oñſum dpoſitario: ſeu tabernario. vt puta. qꝛ depoſuit burſā: vl' ſaculū plenū. tñ nō oñdit quid erat intus ⁊ quātū. R. Bald. in cle. ne in agro. de ſta. mo. i. §. ſane. ꝙ nō credet̄ deponēti niſi probet: nꝫ ſtabit̄ eius iuramēto. qꝛ iuramētū nō dat̄ niſi qñ ꝓcedit ſemiplena probatio. vt i. c. fi. qd metus cā. vide infra Nauta. §. i.

15 Qño teneat̄ tabnari⁹ ⁊ nauta ⁊ huiuſmodi de hijs q̄ deponūt̄ ap̄ eos. vide. j. Nauta in prin.

16 Ad qd teneat̄ deputatus ad cuſtodiam libroꝝ. vide ſupra. Cuſtos. in prin. i

d

## Eriſio

fꝫ. S. Tho. ſa ſe. q. 75 ē cū aliqs malū alicui⁹ pſone ꝉ defectū i ludū ꝉ riſū ꝓpōit vt erubeſcat ⁊ verecūdet̄. Et ꝓpterea differt a ꝯuicio ſeu ꝯtumelia. qꝛ ſicut finis ipius eſt vt tollat hōꝛem. ſic deridēs itendit vt erubeſcat. Fit āt deriſio i verbo cachio. ⁊ ſic ē deriſio. Aliqñ fit naſo rugato. ⁊ ſic ē ſubſanatō. Aliqñ ſcis. ⁊ ſic ē illuſio. tñ in fine idē ſunt. vt nō. gl. ſup ps. q hitat i celis irridebit eos.

Utrū ſit mortale peccatū. R. q s. ibidem ꝙ ſic qñ irridēdo oio ꝑuipēdit aliquē ⁊ taz vilem exiſtiat vt de eius malo nō ſit curañ ſed ſit ꝓ ludo hñdū: ⁊ tāto grauius quāto magis tenet̄ reuereri eū. Uñ irriſio dei ē grauiſſimū peccatū. Secūdū locū tꝫ irriſio ſcōꝝ ⁊ ſacroꝝ. Tertiū ꝑentū ⁊ ꝓlatoꝝ. ꝓpꝑ qd cham fuit maledictus. 2. q. 7. ſnia. 15. q. 5. c. i. Quartū iuſtoꝝ q̄ grauis ē qꝛ multi a bene agendo retrahūt̄. Irridē aūt de malo ꝓximi i quātū ē leue ſeu ꝑuū ⁊ ſine nōbili vilificatōe ꝓximi vel ꝑturbatiōe erit veiale pcīm fm Alc. ſa ſe. ti. de driſione.

d

## Eſpatio

ē qñ ex ſtā extiatōne ꝑꝑ peccata q̄ fecit: vel bona q̄ oiſit deſpat d dei miſicordia. credēs deū nolle ꝉ ñ poſſe ſibi ꝑcē: ꝉ i gratiā recipe.

Utrū ſit grauiſſimū pctōꝝ. R. ꝙ ex parte nr̄a ē gui⁹ q̄ꝫ odiū dei. qꝛ ꝑ ſpez reuocamur a mal' ⁊ itroducimur ad bona ꝓſeq̄nda. iō ſblata ſpe hoies ifrenate labūt̄ i peccata. ⁊ a bonis retrahūt̄. Uñ glo. ſup illud. ꝓuer. 14. ſi deſꝑaueris. Nihil execrabili⁹ deſpatione quā q hēt ⁊ i gnali⁹ hui⁹ vite laboꝛibus. ⁊ qd pe⁹ ē i fidei certitudine ꝯſtātiā ꝑdit. ⁊ Iſi. de ſum. bo. Perpetrare flagitiū aliqd mors ē. deſꝑare ē deſcēdere i ifernū. Odiū tñ dei qd ꝓuenit ex eo ꝙ volūtas hois diuine bonitati ꝯriat̄ fm ſe ē gui⁹ pcīm. ſilr iſti dlitas. Et itellige ꝙ ē guiſſimū pcīm qñ hō ſcient̄ ⁊ aduertēt̄ tꝫ ꝙ deus nolit parcē pei tētib⁹ ⁊ grām dare redeūtib⁹: qꝛ ſicut mot⁹ ſpēi q ꝯformāt ſe hēt ad extimatōꝫ vaz laudabil' ē ⁊ meritori⁹. ſic motus oppoſitus. ſ. deſpatōis q ſe ꝯformat extiatōi falſe d deo ē viciofus ⁊ mortale pcīm ⁊ grauiſſimū. ſecus ſi deſpatio eſſet in ſubito ⁊ indeliberato motu: cū aliquotiens ex cōplexione nē cauſet̄. qꝛ eſſet veniale: ꝉ nullū peccatū. hec ex Tho. ſa ſe. q. 20 ⁊ Alc. 1

2 Deſpatio aliqñ ꝓuenit ex accidia. qꝛ ꝑꝑ triſticiam quā ꝯcipit erga bonū deſꝑat poſſe ꝑ ſe ꝉ ꝑ aliū illud ꝑficere. Aliqñ ꝓcedit ex luxuria q̄ hō deditus delectationibus venereis faſtidit bona ſpūalia ⁊ nō ſꝑat ea qꝛ bona ardua. Aliqñ ex auaricia q̄ hoiem q hēt multa reſtituē ligat vt deſꝑet. Aliqñ ex nature ꝯplexiōe: qua homo malēconicus incidit in eam.

3 Utrū ſit de aliq̄ deſꝑandū i hac vita. R. ꝙ nō. c. nemo. de pe. di. 7. 26. q. 6. c. is q tpre. ⁊. c. ſi preſbr. ⁊. c. agnouimus.

d

## Etractio

ē aliene fame ꝑ occulta vba denigratio. Et dr̄ occulta reſpectu eius de q̄ dñr. qꝛ in ei⁹ abſētia ꝓferunt̄. Et differt fm Tho. ſa ſe. q. 73. a ꝯtūelia. qꝛ ꝯtūelioſus ꝑ apta vba dcā i faciē intendit derogare honori. Detractoꝛ vō in abſētia ꝓximi eius famā ledit. Et ſic pꝫ ꝙ i modo. quia iſte occulte. ille apte. ⁊ i fine differt: qꝛ iſte famā. ille hōꝛem auferre itendit.

1 Quot mōis ſit detractio. R. fm Alc. ſa ſe tractatu eo. ꝙ. 7. mōis. Prius ē occultatiu⁹ qñ qd eēt manifeſtañ neceſſario ad hōꝛem ⁊ ſalutē aiarū ñ vlt ꝓpalare. Uñ Gilbtus. Grauis igr rapacitas. cū verā alterius glaz ⁊ ſi mēdatio ñ corrūpis ſilētio ꝑteris. Secūdus ē negatiuus. ſ. cū negat ſciēt̄ alterius bonū. ſ. dicēdo. ñ ē vez ꝙ tal' ſit bonus. Terti⁹ ē depuatiu⁹. ſ. cū dicit bonū factū: ſed mala itentōe: ſeu qꝛ ſecuta tot ſcandala ſūt ⁊ hui⁹ mōi ꝯ illud. ii. q. 3. c. Ue q dicit̄. ⁊ c. Quart⁹ ē venēatiu⁹. ſ. cū mala imiſcēt̄ bōis ſicut fit cōiter qꝛ dicūt pri⁹ bona: poſtea addūt mala ⁊ huiuſmōi. Quītus ē publicatiu⁹. ſ. cum occulta peccata maīfeſtat hijs qbus nō dꝫ: aut ordine q̄ ñ dꝫ. Sextus ē augmētatiuus. ſ. addendo: ꝉ ex mō loquēdi aggrauando factū. Septimus ē iuētiu⁹. ſ. falſa cria ipone do. ſiue ꝑdicti mōi fiāt vbis claris: ſiue obſcuris: ſiue ſignis: ꝉ lris: aut alio mō equalēti. qꝛ ſcis ⁊ ſignis loquimur. de ſpō. cū apd ⁊. c. tue.

2 Utrū ſit pcīm mortale. R. vt colligo ex doctria Alc. vbi. s. ⁊ Tho. vbi. s. ꝙ tripl' dicit̄ quis detractoꝛ. Primo mō ſolū formaliter depnat ⁊ h eſt ille q dīc. occl'tat. negat ⁊ c. q̄ daꝫ que de ſe non ſunt i infamiam ꝓximi ſed tamen ea intentione vt diffametur. ⁊ talis ſemper peccat mortaliter. Facit. c. cum voluntate. de ſen. ex. cum ſimilibus. Non tenetur tamen ad reſtitutionem fame. Secūdo modo dicitur quis detractoꝛ materialiter tantum. ⁊ eſt ille qui non animo infamandi. ſed ex loquacitate: vel alio modo indebito occultando negando verba profert i infamiam ꝓximi. ⁊ ſi talis occultatio. negatio. ⁊ c. de ſe infamant. puta. quia ſunt contra honeſtatem vite ⁊ moꝛum ⁊ apud illū: vel illos quibus occultat. negat. ⁊ c. ſequitur infamia ꝓximi contra quem taliter detrahit. tunc mortaliter peccat. ar. c. ſepe contigit. ⁊. c. hij qui. 50. di. Si vero de ſe talia ñ infamant. puta. quia poſſunt intelligi ita d culpa veniali ſicut de mortali. ſicut cum qs dicit. talis eſt magnus ſuperbus. alterius. auarus. iracundus. ⁊ huiuſmodi. que poſſunt accipi ⁊ pro primo motu qui eſt venialis. ⁊ etiam pro peccato mortali. tunc non peccat mortaliter talis proferens ex loquacitate. quia ſi ꝓximi audientes ſcādalizātur eſt eis imputandum. cum faciant contra illd. eſtote miſericoꝛdes. de reg. iur. quia in meliorem partem debebant interpretari. Idem dicendum in his que ſunt modice importantie. puta peccata venialia que communiter non infamant. Idem ſimiliter dic ſecundum Sco. in. 4. di. 15. q. 4. de eo qui ex loquacitate dicit ſe audiuiſſe aliqua mala infamatoria ꝓximi. Ratio quia talis ex natura actus non aufert illi famam in opinione audientis. quia qui cito credit leuis eſt corde: dummodo aliquid non addat quo prouocentur audientes ad credendum: quia tunc eſſet mortale ſecundū Landul. vbi ſupra. Similiter ſi ille cui dicit habebat eum pro ſcelerato. quia iam infamatus erat apud eum de alijs. ⁊ ſi non de iſto. Tertio modo dicitur qs detractō materialiter ⁊ formaliter. quando. ſ. occultat: vel negat: vel dicit verba infamatoria ⁊ cum intētione infamandi. ⁊ talis ſine dubio magis mortaliter peccat q̄ꝫ raptores rerum. 6. q. i. ex merito. ⁊. c. deteriores. Et ꝙ detractio ſit mortale peccatum ex ſe facit. c. acuſatio. 2. q. 7. ⁊. c. nemo peritorum. ii. q. 3. ⁊. c. homicidiorū. de pe. di. i. ⁊. c. clericus. el ſo 46. di.

Utrum ille qui ꝑ detractionē ſuam abſtulit famam ꝓximi teneatur ad reſtitutionē. 3 R. ſecundum omnes doc. in. 4. di. 15. ꝙ ſic ſicut qui res rapuit alienas. Diſtingue tamē ſic. aut occultatio. negatio ⁊ ſimilia de ſui natura erant infamatoria. ⁊ ea occultauit. negauit ⁊ c. ei qui bonam opinionem habebat de ꝓximo. ex quibus nunc malam habet: nec ſciuit aliunde. ⁊ ſic indiſtincte tenetur. ſ. ſi dixit verum ſine mendatio excuſando ꝓximum. ſ. ꝙ male dixit. ⁊ ꝙ ñ credat ſi occl'tauit reuelādo ⁊ huiuſmōi. Si vō ipo fuit falſū. dicē⁹ ſe mēdaciū dixiſſe: ēt ſi vbēt

remanere infamatus. qꝛ magis tenet ſuare famã ſuſte ꝓximo ꝙ iniuſte ſibi. vñ ſi in publico dixit retractet i publico. ſi in occulto: i occulto. Fallit hoc i. 7. caſibus. Primus. qñ ſequeret maioꝛ iſamatio. vt puta qꝛ non ãplius fōte recoꝛdant. ⁊ ꝓpterea qñ vult reſtituere famã dicat de eo malo qḋ dixi ꝯ talr: ñ credatis: nec ſpecificat qd. Secundꝰ caſus qñ reſtō ñ poſſet fieri ſine piculo ꝓbabili alicuius moꝛtal' peccati: vel moꝛtis coꝛporal' ⁊ huiuſmodi. qꝛ tūc cū tale malū ſit pͥeponēdū fame ñ tn̄r. Aduertēdū tñ ſ3 doc. ꝙ qñ reſtō fame nō pōt fieri. infamatoꝛ tenetur ad aliqḋ equiualens i rebus. ar. c. eccl'ie ſancte Marie. vt lit. pē. in. ino. Tertius qñ dixit his qbꝰ debebat. puta plato p denunciatōem aut accuſatōem. i his q poterāt pꝛodeſſe ñ obeſſe. Quartus qñ talia de ſui nā ñ erāt infamatoꝛia. puta. qꝛ poterant iterpꝛetari i peccatū3 veniale. Quintus qñ dixit ſe audiuiſſe nihil ipſe addēdo ex quo credulitatem faceret. ⁊ ſic nō tn̄r ad reſtōem ſm Sco. i. 4. ⁊ laudal. ⁊ Aſteñ. Addit tñ Aſteñ ꝙ ſi ſequat iſamia nihilominus tn̄r q̄uis ſimplr dixerit ſe audiuiſſe nihil addendo. Sco. vero dicit ꝙ vr̄ durū3 dicere ꝙ exeat genus peccati venial' qñ ex incōſideratōe talia refert. Sextus caſus ē qñ ille cui dixerat ſciuit p aliā viā poſtea. vt puta qḋ tunc erat ſecretū: nūc publicatū ē p alios. Septimus qñ ille oio erat infamis: ſaltē apud illos cū quibus detraxit de eo.

4 Utrū ille q infamauit ꝓximū indirecte. ſ. negando crimē ſibi ipoſitū ab accuſatoꝛe i iudicio: aut denūciatoꝛe teneat. R. ſ3 Sco. vbi. ſ. ꝙ ñ tn̄r peccatū ſuum in iudicio cōfiteri: niſi mō ⁊ oꝛdine de quo. ſ. Confeſſio delicti. Et iō ſibi iputet q accuſat de quo nō pōt ꝓbare. Concoꝛ. Ri. ibidē. ar. 5. q. 3. D3 tñ p verba ſobꝛia excuſare eū dicendo non credatis ꝙ maligne ꝓceſſerit. ſed ſic credebat aut aliquis eū ſeduxit ⁊ huiuſmodi.

5 Utrū audiēs detractōem peccet moꝛtalr. R. ſm Tho. ſa ſe. q. 53. ar. 4. ꝙ ꝯſentire per audiam detractōi pōt eē dupl'r. Uno mō directe qñ. ſ. qs inducit aliū ad peccatū detractōis. ⁊ placet ei pp odiū qḋ h3 ad eū cui detrahit. ⁊ ſic ē equale peccm̄ cū detractōe. Et iō ſi detractio erit moꝛtal'. ſic ⁊ auditio. ad ro. i. Nō ſolū q faciunt. ſed qui ꝯſentiūt. fac. c. nō ſolū. i i. q. 3. Alio modo ꝯſentit qs indirecte. ſ. qñ ñ reſiſtit cū reſiſter̄ poſſit. Et hoc ꝯtingit aliqñ. ñ qꝛ peccatū ei placeat. ſ3 pp timoꝛē humanū: vel negligātiā: aut verecūdiā ⁊ tūc aliqñ ē moꝛtale. puta. qꝛ platus q tenetur ꝯpeſcere: vel pp ſcandalū: aut qꝛ ꝓponit timoꝛē humanū caritati dei. al' veniale ē. Cōcoꝛ. Alex. vbi ſupꝛa.

6 Utrū infamās ſeipm dicendo aliqua mala q̄ nō cōiſit peccȝ moꝛtalr. R. ꝙ ſi facit pp toꝛmenta euitanda. ſicut faciūt illi q ad toꝛturā ponunt ñ peccat. ſed licite fieri pōt: qꝛ tal' ꝯfeſſio fcā tali metu ñ valet: nec ēt ſi fiat ꝯ aliū. Sed ſi ñ fiat ex tali metu peccat moꝛtaliter. ⁊ tn̄r retractare. ar. c. ñ ſunt audiēdi ii. q. 3. Glo. tñ in. c. i. 15. q. 6. t3 ꝙ ēt ſi facit pp toꝛmenta peccat moꝛtaliter. S3 ei ñ credo. qꝛ ñ ē mendaciū pnicioſū: niſi foꝛte in caſu qñ ratificaret poſt toꝛmēta ex qua ratificatōne eſſet occidendus ipſe: vel alius dānificādus. qꝛ ſic moꝛtalr peccaret ⁊ teneret retractare quo ad id qḋ ſlē dixit de alio. ſed quo ad id qḋ dixit de ſe ſi pp doloꝛē toꝛmētoꝝ quē timeret iterū ſibi infligi potius ꝑeligēt moꝛi ꝙ ipm pati. credo ñ teneret de neceſſitate retractare.

d **Jaconus** d3 aſſiſtere ſacerdotibus ⁊ miniſtrare in oibus que agunt i ſacramentis xp̄i. ꝑdicare euangeliū. donare pacē ⁊ annūciare. 25. di. ꝑlectis. §. ad diaconū. ⁊. 93. di. in multis caplis.

1 Utrū poſſit diſpēſare coꝛpus xp̄i. R. ꝙ ñ de ꝯſe. di. 2. ꝑuenit: niſi neceſſitate cogēte de iuſſu ep̄i: vel p̄ſbiteri. 93. di. ꝑñte. vel ſi lōge eſſet ep̄s vl' p̄ſbiter ⁊ neceſſitas cogeret poſſet ſine alia licētia. ea. di. c. diacones.

2 Utrū diaconus idutus ad cantādū euangeliū poſſit cantare i choꝛo. R. Hu. in. c. in ſancta romana. 92. di. t3 ꝙ ñ. ⁊ ſi facit excōicatus ē. vt in. d. c. Sed verius credo ꝙ illa ꝓhibitio tm̄ locū hēat i eccleſia romana i cardiali ꝓpter verbū ibi poſitū i hac ſede. imo credo mereat ſi iō cantat vt choꝛū adiuuet: qꝛ foꝛte pauci ſūt. Si vero faceret qi ꝯtemnēs offm̄ ſuum: vel ex iactantia. ſic peccar3. Et ita poſſet intelligi dicta ꝓhibitio p̄fati. c. quo ad rōem ꝓhibitionis. ſed ñ quo ad penā excōicatōis. qꝛ ſolū locū h3 in cardinali vt. ſ. dixi.

3 Quō vtitur ſtolla. vide infra. Sacerdos §. 5.

d **Jaletica** diſſuadet. in. c. nō ne. ⁊ in. c. vino. ⁊. §. hinc ēt. 37. di. p totum.

d **Jes** feſtus qñ icipit. R. vt colligit ex gl. i. c. qñ de ferys ⁊ gl. i. c. ꝓnūciandū de ꝯſe. di. 3. ꝙ diuerſis reſpectibus diuerſis hoꝛis incipit. Quo ad officium incipit in veſperis. Quo ad eſū carniū3 incipit a cene termino. Limita niſi ꝓtraheret vltra mediā noctem cena ⁊ qñ dies ſequēs ē dies ieiunij: vel ſexta feria. qꝛ ſicē quo ad ieiuniū icipit i media nocte. ſic ⁊ abſtinētia carniū. Et dr̄ terminꝰ cene media nox qñ dies ieiunij vel ſexta feria ſeqtur. ſm Pa. in. d. c. qñ. Quo vō ad ceſſatōem ab opibus ſuilibus ſm Pa. i. c. i. de ferijs incipit ſm ꝯſuetudinem pͥe. facit c. qñ. eo. ti. Et iō ſi eſt cōſuetudo ꝙ incipiāt feſtare in mane. tenēda ē: dūmodo ceſſet vſꝙ ad aliud mane. ſi i ſero. ſic ſua. Unū tñ ē notandū ꝙ l3 conſuetudo poſſit determinare q̄ hoꝛa ſit incipiēdū feſtū. nō tñ pōt diminuere qn ad minus p. 24. hoꝛas nō ceſſentꝰ ab opere ſeruili ſel' in ebdā. qꝛ iſto mō eſt ꝯ iure diuino. qḋ ꝯſuetudo nō pōt diminuer̄: l3 poſſit augere: vel declarare. Pōt ēt ꝯſuetudo augere vt faciamus feſtū pluſq̄ p. 24. hoꝛas. vt p3 in. d. c. qñ. Nō limita niſi augeret talr ꝙ ſabbatū videremur feſtare. qꝛ tūc ñ v3. ar. c. qdam de apoſta. Incipit ēt dies alijs reſpectibus alijs hoꝛis. ſed nihil ad ꝯſciam. Et ex ꝑdictis p3 qd dicendū de barbitonſoꝛibus ⁊ alijs artificibus q laboꝛant uſq̄ ad mediā noctē: vel vſq̄ mane diei feſti. qꝛ l3 ſint inducēdi vt deſiſtāt: nō tñ ꝯdemnandi de moꝛtali. ex quo ſic ē ꝯſuetudo: dūmodo ꝓtrahant feſtū poſtea vſq̄ ad ſeqñs mane ita ꝙ p. 24. hoꝛas ipſū ſeruēt. Nō nō

1 Utrū die aſſignata ad aliquid faciēdū alicui teneat ſine alia monitōe. R. ꝙ ſic. qꝛ tūc dies interpellat pꝛo hoie. de locato. c. potuit. C. de ꝯben. ⁊ co. ſti. l. magna. C. de iu. emphi. l. 2. facit. c. 2. de conceſ. pꝛe.

2 Quot miliaria ꝯtinet quel3 dies. R. ꝙ in iudicijs ſm leges. 20. vt. l. i. ff. ſi qs cau. ⁊. ff. de. v. ſig. l. in itinere. ⁊ quodl3 miliare hab3 mile paſſus. ⁊ ql3 paſſus. 5. pedes. vt. d. l. in itinere. in tex. ⁊ in glo. Sed in ꝯtractibus ſtandū ē arbitrio boni viri. vt attēta qualitate ⁊ ꝯdictōe ꝓmittētis limitet. vt. ff. de. v. ob. l. ꝯtinuus. §. cū ita. Sed glo. in. c. nō nulli. de reſcrip. vult ꝙ attēdamus cōem vſū loquēdi ſm quē aſſignabunt miliaria. Et iō ſi ꝯſuetudo ē ꝙ dent. 25. illi ſtabit. ⁊ de illa intelligētur reſcripta. Sed iuditio meo arbitrio boni viri ē relinquendū: q tñ a cōi ꝯſuetudine recedere nō d3 cū ſit optima iterpꝛes legū. de ꝯſue. c. cū dilectus. ff. de legi. l. ſi de interpꝛetatōe. niſi ſit cā euidens aliud dicēdi.

d **Jffamatio** vid. ſ. Detractio. Et nō. ꝙ pōt qs iploꝛare offm̄ iudicis vt cōpellat diffamantē ceſſare. ⁊ iudex tenetur. vt in. l. diffamari. C. de inge. ma. nō. Inno. i. c. conquerēte de offi. oꝛ. ꝓpterea dicit tex. i. d. l. diffamari ſtatū ingenuoꝝ: ſiue erroꝛe: ſiue malignitate quoꝝdā p iniquū eſt i. valde iniquum.

d **Jffidatus** an poſſit occidi ipune. ⁊ rebus ſpoliari. vide. ſ. Aſſaſiꝰ §. 2.

d **Jgnitas** eſt ſm Archi. in. c. i. de ꝯſue. li. 6. admiſtratio reꝝ eccleſiaſticaꝝ cū iuriſdictōe. ꝓpterea hr̄e dignitatē eſt ſm Pa. in. c. de multa. de p̄ben. hr̄e iuriſdictō3 i. quo ad foꝝ ꝯtētioſum ēt in modicis cāis ſm Pe. de ancha. in. cle. ſi dignitatē de pꝛebē. ſicut archiep̄i in eccleſia pictauiēſi q excōicant. ſuſpendūt. ⁊ abſoluūt. vñ quil3 rectoꝛ: ſeu pꝛioꝛ eccl'ie colliate dr̄ hr̄e dignitatē. vt nō. Pau. in cle. i. de elec. ⁊ in cle. ne in agro. de ſta. mo. ⁊ dñi de rota deciſōe. 166. ꝓ hoc facit tex. in. c. idēnitatibus de elec. li. 6. vbi abbatiſſa dr̄ hr̄e dignitatē. Hoc ten3 Car. in. cle. 2. de reſcrip. ⁊ ibi ē glo. q̄ dīc hic eſſe approbatā opi. abbatis in hoc. Limitat Inno. in. d. c. de multa. ſi ē ꝑpetua. allʼat c. 2. de ſta. mo. §. ſi. Et l3 nō ſit ꝑpetua dūmō poſſit eē ꝑpetua. ſicut ē in miſtris oꝛdis minoꝝ ſufficit. Nā dr̄ eē ꝑpetuū qḋ eſt ipotentia ꝑpetua. vt nō. Car. in. d. cle. 2. tex. ē ꝓ hoc in. c. clericos i. v. ꝑpetuā. iuncta gl. de coha. cle. ⁊ mu. Itē dr̄ dignitas ſi in eccl'a vbi ē reputet ꝓ dignitate ⁊ hēat admiſtratōem temporaliū reꝝ ꝑpetuā. l3 non ſit numerata iter dignitates eccleſiaſticas ſm Inno. ibidem. Miniſtri aūt qui ſine penitus iuriſdictione exercent offm̄ aliqḋ. ſicut ꝓcuratoꝛes. ſindici ⁊ ſacriſte q pulſant cāpanas non hñt dignitatē: ēt ſi eſſent ꝑpetui. ſecus ſi haberent iuriſdictōem. ff. de offi. pꝛo. ceſa. l. vltia ſm eundē Inno. Silr dr̄ dignitas q̄ appellat aliquo noīe de dignitatibus iuris. vt archidiaconatus ⁊ huiuſmodi. ēt ſi non exerceret offm̄ ſm Inno. ibidem. Ex qbus p3 ꝙ vicarius ep̄i nō h3 aliquam dignitatem ſm Pa. vbi. ſ. ⁊ differt a p̄ſonatu dignitas: qꝛ p̄ſonatus ſm Archi. vbi. ſ. ē quedā ꝑrogatiua in eccleſia ſine iuriſdictione vt habere ſtallum honoꝛificū in choꝛo. in capitulo. in oꝑtōibus in ꝓceſſionibus. in vocibus dandis ⁊ ſimilibus pluſq̄ alij ſui oꝛdinis canonici. ⁊ nō tāq̄ alij in dignitate conſtituti: q̄uis ſm Inno. vbi. ſ. aliqñ accipiatur ꝓ dignitate. Offm̄ vero ſm eundem Archi. vbi ſ. eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum

ſuā iuriſdictōe. ſicut ſindici. ꝓcuratores. caſtaldi. de qbus. i. q. 3. ſaluator. Itē vicedn̄s ⁊ ſimiles q ſicut pice hn̄t referre. nunc hn̄t offī: nō dignitatē.

1 Utrū ſucceſſor i dignitate teneat̄ ex ꝯctu inito cū ꝑdeceſſore ſuo. R̄. Pa. in. c. i. de ꝓba. φ ſic: ſi fuit initus noīe dignitatis: etiā ſi fuerit initus cū ſubdito ſuo. Ita tȝ Cy. i. l. digna vox. C. de legi. ⁊ Io. an. ⁊ cōiter ſequētes. ēt ſi tal' ſit papa vel iperator facit. l. ceſar. ff. de publica. ⁊ ēt qꝛ tal' obligatio eſt de iure naturali cui ꝑnceps ſubmittit̄. facit cle. paſtoralis. §. ceterū. de ſen. ⁊ re. iudi.

2 Utrū dignitas poſſit appeti vel qri. R̄. φ dignitas eccleſiaſtica nō. imo ipſo iure efficitur idignus ⁊ dȝ repelli. i. q. 6. ſicut is qui. Dignitas vō. ſecularis ſi ē dignus ⁊ aptus pōt appeti ⁊ peti ab eo qui pōt eā dare. ēt mediante pecunia: dūmodo palā det̄ ⁊ petat̄. vt. ff. de pollici. l. i. §. i. ff. de decurio. l. eos ⁊. ff. de offi. ꝑto. l. barbarius i prin. Secus ſi clam. vt. C. ad. l. iul. repe. l. fi. in prin. ibi ñ ambitu. vel ꝑtio. Siliꝛ lȝ dare pecuniā: vel petere vt ꝯfirmet̄ vt nō. glo. ſingularis i. d. l. eos. Facit pro his omibus glo. in. l. vnica ff. ad. l. iul. de ambitu. Siliꝛ lȝ emere militiā ff. de ac. emp. l. creditor. §. inter venditorē. Nō limita ſi querit vt ꝓſit: ñ vt preſit. qꝛ ſic peccat de quo vide. ſ. Ambitio. §. i. ⁊ infra Officium. §. i. ⁊. 3. Ariſto. tn̄. i. poli. c. 6. dicit φ licite appetitur principatus ſi tria cōcurrant. Primo φ hēat amorē ad conſiſtentē politiā. Secundo potentiā maximoꝝ operū ꝑncipatus. Tertio virtutē ⁊ iuſticiam in vnaquaqꝫ politia eam que ad politiā pertinet. vn̄. ſm eum lȝ ſcienti ſe hr̄e ꝑdicta tria appetere principatū ꝓpter vtilitatē rei publice: ſed ñ lȝ ei eū petere. vn̄ dicit. 2. poli. c. 6. Non hn̄ ſtatutū eſt ipm petere q pricipatu dignificabitur.

3 Utrū qs poſſit hr̄e plures dignitates eccleſiaſticas: ſil'. vide. ſ. Bn̄ficiū. §. 33. cū ſe.

4 Utrū eꝑs poſſit diſpenſare cū eo q. 20. hȝ annū ſolū. vt poſſit hr̄e dignitatē eccleſiaſticā ſine cura aiarum. R̄. φ ſic. c. ꝑmittimus. de eta. ⁊ quali. li. 6. Officium quantūcunqꝫ vile dr̄ dignitas qn̄ fit principe mandāte. tex. eſt in. l. nemo ꝑfectus. C. de digni. Et ſic verificat̄. l. vnica. C. de man. priu. vbi dr̄ φ nulli credatur ſe mandato principis veniſſe niſi in ſcriptis oñdat. ⁊ additur: nec vllius dignitate terreri: ſiue tribuni: ſiue notarij: ſiue cōitis ꝓferat dignitatē h ibi.

d **Ilapidator** dicitur h latuſ qui res eccleſiaſticas alienat ⁊ male expendit q dȝ deponi. 12. q. 2. apliicos. ⁊. 17. q. 4. nullus res.

Utrum. ſuſpecto de dilapidatione debeat dari coadiutor. R̄. φ ſic. vid' in. c. venerabili. de offi. dele. ⁊ in. c. lȝ Helv. §. qꝛ vero de ſymo.

d **Iligere** deū dēbemus ex toto corde ⁊c. d pe. di. 2. §. caritas ē. vid. ſ. Caritas

1 Utrū teneamur diligere inimicos. R̄. S. Bo. in. 3. di. 30. q. 4. ⁊. 5. φ ē affectus ⁊ effectus dilectōis duplex. Primus innocentie quo nolumus nocere: ⁊ iſto mō ē in precepto. vn̄ qlȝ tenet̄ nō optare eis malū īqn̄tū malū ē. i. p ſe. poſſumus tn̄ per accn̄s optare eis malū. puta. ſi credimus φ ſit expediēs ſibi vel eccleſie: vel cōtra. ſed inferre quo ad effectū non lȝ: niſi ſit official' cui cōpetit ⁊ zelo iuſticie faciat: vel in caſu pmiſſo a iure. Alius ē affectus ⁊ effectus benificētie. Et h ē duplex quidā a caritate elicitus quo quis optat alij ſummū bonū: vel bona ſpūalia. ſ. gratiā ⁊ gloriam. ⁊ iſte ē in precepto erga inimicos. Quidā ē a caritate iperatus quo quis optat alij bonū tpale. ⁊ ꝓſperitatē tranſitoriā ⁊ iſte nō ē in precepto niſi in caſu neceſſitatis. ē tn̄ perfectionis optare talia inimico niſi p accn̄s inquantū putant̄ ei: l' alijs nociua: vel ſi ē inimicus eccleſie: aut cōtraꝫ qꝛ tūc eēt iperfectōis optare ſibi bona tpalia. Intellige tn̄ ſm Alex. in. 3. parte ſū. tractatu de caritate. φ ē preceptū affirmatiuum qd nō obligat ad ſemp. i. cū nō ſumus in cōſideratōe: aut dormimus. ſed ſolū p loco ⁊ tpe qn̄. de hoc cogitamus: vel neceſſitatis caſus occurrit. Limita ēt ꝑdicta ſm. S. Bo. vbi. ſ. q. 5. ⁊ Ri. ibidem. ar. i. q. i. i effectib' ſpālibus. ſȝ quo ad effectus generales tenetur qs de ꝑcepto diliger̄ inimicos. puta. cū qs orat i generali p populo. ꝑdicat. facit elemoſinā generalē ⁊ huiuſmodi. qꝛ tūc nō excludere eos a talibus. ⁊ ēt tenet̄ ad effectū ſalutationis ſm Ri. ibidem q. cōiter impēdit̄ niſi in caſu qn̄ timeret eos prouocari ad malū aliqd: vel aliud iconueniens oriri.

2 Utrum teneamur remittere ſigna rācoris R̄. ſm Ri. vbi. ſ. q. 2. φ ſic ſi petit veniam. Actōem aūt nūqꝫ. vel dic ſm Ale. vbi. ſ. φ ē rācor q cōitatur appetitū vindicte ⁊ hūc dimittere ē precepti. vt. ſ. pȝ. ⁊ ē pūitio quā comitatur zelus iuſticie. ⁊ hanc nullus tenētur remittere de neceſſitate. Nō. tn̄ φ ſunt quedam ſigna propinqua que gerunt ꝓbabilē ſuſpitionē rācoris. vt cum quis nunqꝫ vult loqui iniurianti: vel cum obuiat diuertit. vel torto vultu reſpicit ⁊ huiuſmodi. ⁊ talia nl' li licet tenere: ſiue ante ſatiſfactōē ſiue poſt. qꝛ ab oī ſpecie mali ē abſtinēdum. nam ex talibus ſignis pȝ inimicicia. facit. c. 2. de renū. li. 6. ⁊. l. dolū. C. de dolo. vide qd nō. in c. cum adrianus. 63. di. vbi glo. vult φ quādo quis alium non ſalutat preſumitur eſſe inimicus. quā limitat Pa. in. c. repellantur de accu. veram qn̄ erat ſolitus ſalutare. Sūt alia ſigna remota. vt nō ꝯuerſari amicabiliꝛ non facere ſibi mutua ſeruitia. nō continue cōuerſari ⁊ huiuſmodi. ⁊ ſi hoc facit vt magis viuat in pace. ⁊ ille magis cognoſcat' delictum ſuū nō peccat. ał' petenti veniam ⁊ ſatiſfaciēti pro poſſe nō poterit ſine peccato veniali tn̄ iſta denegare. vide de hoc infra. Iniuria. §. 6. ⁊. 7.

3 Utrum diligere mundū ſit peccatū. R̄. ſȝ Ale. ſa ſe tractatu de auaritia. q. 2. φ aut diligitur ad neceſſitatē. ⁊ ſic non ē peccatum. Un̄ Beda. ſup Io. 2. vtimini mūdo ad neceſſitatē non ad voluptatē. Aut diligitur ad voluptatē ⁊ ſuperfluitatē. ⁊ ſic ē ꝓhibitū. Et lȝ ordinate quis poſſit amare mundum. tn̄ dificile ē quoniam ē occaſio peccatorū. Aut diligitur mundus vt finis in eo ꝯſtituatur ⁊ propter ſe. ⁊ lȝ non ſit i eo aliquid appetēdum ꝓpter ſe: tn̄ extimatur in eis ſufficientia cum non ſit. ⁊ ſic cadit ſub ꝓhibitōne tal' dilectio. ⁊ iſtis duobus modis dicit̄. Nolite diligere mundū. i. Io. 2. ⁊ nomine mūdi intelligūtur tpalia. Eſt ēt diligere mūdum. i. longo tpe velle ſtare in mundo pp delitias. ⁊ ſic ē veniale peccatum. ſed perpetuo velle ſtare nō poteſt eē ſine mortali peccato: ſi eſt deliberatio voluntatis ſecundū Pe. de pal. in. 4. diſt. 21. velle ſtare propter prolongari ſolum non eſt peccatum: ſed ſi vt magis mereatur ⁊ melius operetur eſt meritorium.

d **Iligētiam** qualem tenetur quis ponet̄ in rebus alienis vide. ſ. Comodatum. §. 1 i.

d **Iocesis** eſt vbi epiſcop' 16. q. 3. c. quicunque.

d **Iſcere** debet quilibet ante quā doceat. 23. di. c. his igitur in fi. ⁊. 37. di. relatum. ⁊. 61. di. c. in ſacerdotibus. ⁊. 16. q. i. ſi clerici catus ⁊. qui recuſat diſcere diaboli membrum ē. 38. diſt. null'. ⁊ ſacerdotes debent ſemper ſacris litteris intendere. ſimiliter ꝑdicatores. 36. di. §. ecce ⁊. 38. di. ignorantia etiam ſenes. ⁊ Aug. dicit ſe libenter a Iuniore adiſcere. 24. q. 3. ſi habes circa medium.

d **Iſciplina** eſt vlirix mala vite. 23. q. 5. c. ad fidem. non amat filium aut ſeruum qui eum non diſciplinat. eadem. q. c. non putes. Mali ſunt flagellandi non interficiendi. 23. q. 5. c. primo. ⁊ ſecundo. ⁊ per totam. q. Facit elemoſinam qui per diſciplinam corrigit. 45. di. ⁊ qui emendat. Cum miſericordia eſt tēperāda. c. diſciplina. 45. diſti. ⁊ citra effuſionem ſanguinis. ar. de rapto. c. in archiepiſcopatu. vide ſupra. Correctio primo.

d **Iſcordia** vtrum ſit peccatum mortale. R̄. ſecūdū Tho. ſa ſe. q. 37. articulo primo φ diſcordia eſt peccatum inquantum concordie contrariatur. Quod quidem poteſt eſſe dupliciter. ſcilicꝫ per ſe: aut per accidens. per ſe. i. cum ſcienter ⁊ ex intentione. ſic accipitur per ſe in humanis actibus ⁊ motibus diſſentit a bono diuino ⁊ bono proximi in quo tenetur conſentire. ⁊ tunc eſt mortale ex genere ſuo propter ꝯtrarietatem ad caritatem: ⁊ hoc eſt quando cognoſcit tale quid ſecundum rationem eē fiendum. tamen non vult alijs aſſentire ne videatur ſequi opinionem aliorum tanqꝫ minus ſapiens: vel ex odio: aut diſplicentia ad alium cui queritur prouideri. vel alia ex cauſa. Et ſic intellige. c. oblationes diſſidentium. 90. di. ⁊. c. abijt. 14. q. 3. ⁊. c. iſmael. di. 59. Limito hoc in rebus alicuius iportantie. alias eſſet veniale: ſicut in pueris patet. Primi etiam motus huius diſcordie ſunt veniale peccatum propter imperfectionem actus. Quando autem diſcordia eſt per accidens quod eſt quando in actibus humanis eſt preter intentionem. ſicut cum vnus dicit ⁊ credit bonum tale quid alius opinatur contrarium. tunc non eſt peccatum niſi ſit cū errore circa ea q ſunt de neceſſitate ſalutis: vel cum pertinatia indebita. quia caritas eſt voluntatum vnio. non opinionum.

d **Iſcretio** eſt mater omnium virtutū prima. q. 5. preſentium. de officio. cuſto. c. 1. Eſt neceſſaria in prelato in corrigēdo. 50. di. pōderet. ꝑdicatōi. 43. di. ſit rector

§.vlt. Cōfeſſori.23.q.4.bis qui de pe.di.1. quē penitet de pe.ꝛ re.c.omnis.

d **Diſpēſatio** ē iuris cōis re laxatio ſcā cū cauſe cognitiōe ab eo qui ius hēt diſpēſandi ſm glo.1.q.7.§.nulli oꝝ.alias ē.§.niſi rigor.ꝛ addit diſpenſare eſt diuerſa penſare. Nam omnia hec de quibus ibi ſuī actio pēſare dꝫ q diſpēſare vlt. Et q̄ ſint illa iſero in qōne ſequenti. ꝛ ideo ſꝫ Ber. in.li.de diſpenſatione ꝛ pcepto: prelati ſine cā rōnabili vel ſaltem dubia ſed ꝓ ſola voluntate dantes licētiam veniendi ꝯ legē ſūt diſſipatores nō diſpēſatores.

1 Que ſūt cāe legiptime diſpēſādi. R. vt colligo p totam.q.7. prime cāe ſūt ſex. Pria tps.ibidē.c.neceſſaria.ꝛ.c.qd ꝓ remedio. nam deffectus nr̄i tpis gbus nō ſolū merita ſed corpa ipa defecerūt diſtrictiōis illius ñ patit manē cēſuraꝫ.34.di.fraternitatis tue. Scda vtilitas vꝫ vt alij facilius reuertant.23.q.4. ipa pietas ꝛ.1.q.7.tali. Tertia q̄litas pſone ꝛ merin ꝛ ſcie.d.c.tali ꝛ.c.didici.cū alias eē q̄ dign⁹ ñ ſit. Quarta religio.77.di.c.mōachus.de ſen.exco.c.cum illoꝝ. Quinta multitudo rōne ſcādali vitandi.50.di.vt ꝯſtitueret. Sexta neceſſitas.d.c.tali.

buſcunq̄ȝ priuilegijs.vt in dicto.c.clericus
Secundus quando vniuerſitas vel collegi
um permittit in terris ſuis vſurarios alieni
genas conducere domos.vel eis locat ad
exercendum fenus ipſo facto eſt interdicta
c.i.de vſuris.li.6. Tertius quando perſona
eccleſiaſtica regularis aut ſecularis quantū
cūq̄ȝ exempta ⁊ cuiuſcūq̄ȝ ordinis aut ſtat'
exiſtat ſcienter celebrat vel celebrari faciꝉ ī
locis interdictis niſi ſm permiſſionē iuris

vel excomunicatos publice. vel interdictos ad diuina officia vel ſacramenta aut ſepulturam admittit tunc ipſo facto eſt interdicta ab ingreſſu eccleſie. ⁊ tam diu donec ſatiſfecerit ad arbitrium eius cuius ſniam contēpſerunt. c. epiſcoporum. de priuile. li. 6. Hodie tamen ſepelientes excomunicatos publice aut nominatim interdictos ſunt excomūicati ipſo facto. cle. eos. de ſepul. Quartꝰ quando vniuerſitas concedit repreſalias aut conceſſas extendit ad perſōas eccleſiaſticas vel eorum bona niſi .j. menſem reuocet ipſo facto eſt interdicta. c. ⁊ ſi pignoratōnes. de iniur. li. 6. Sunt alij caſus interdicti de quibus .j. Suſpenſio. primo qui potius ſuſpenſiones nominantur ꝙ interdictū cū etiam caſu tertio precedenti.

## Interdictum. v.

1 Que prohibentur tempore interdicti vel in loco interdicto exerceri. R. ꝙ omne ſpirituale. quod reducitur ad ſex. vt clarius intelligatur. ſecūdum ꝙ colligo ex Inno. Pa. ⁊ communiter doc. in. d. c. non ē vobis. ⁊ c. ſi. de exce. prela. ⁊ c. ꝙ in te. de pe. ⁊ re. ⁊ c. ſi. de ſen. exco. li. 6. Unde aduerte ⁊ nō. bene ꝙ quicquid pertinet ad aliquod ſex infra poſitorum intelligitur ſemper prohibitum tempore interdicti: niſi vbi inuenitur in iure ſpecialiter conceſſum.

1 Et primo prohibetur omne exercitium deputatum certo ordini eccleſiaſtico. Et hoc procedit ſiue ſint clerici preſbiteri ſiue inferiores. vt nō. Pa. in. c. 2. de cle. exco. mi. Et dicitur exercere officium deputatum certo ordini. puta. quando dicit epl'am vt ſubdiaconus. euangelium vt diaconus. vel offerēdo calicem. vrceos ⁊ huiuſmodi vt lector: vel exorciſta ⁊ huiuſmodi. vel dicendo matutinum ⁊ aliud officium vt ebdomodarius ⁊ ſimilia que cōueniūt alicui ordini. Facit. c. ſi quis epiſcopus. el. 2. ii. q. 3. vnō talia exercentes ſunt irregulares ipſo facto. Secus eſſet ſi exerceret aliqd quod non eſt deputatum certo ordini eccleſiaſtico ſicut cātans rñſoria vel pſalmos non officiando principaliter. ſed tāꝗ quilibet alius laicus. Item nec auditio diuinorū pertinet ad certum ordinem ⁊ talia exercentes tempore interdicti nō erunt irregulares niſi auctorizādo audire diuina. puta. qꝛ prelatus facit celebrare qꝛ ſic eſſet irregularis ſecundum glo. in Cle. Archiepō. de priuile.

2 Utrum benedictio ſolemnis epiſcopi ſit prohibita tali tempore. R. ꝙ ſic qꝛ eaꝫ facit ratione ordinis. 95. di. c. ecce ego. niſi in feſtiuitatibus de quibus infra. non autꝫ ſimplex prohibetur. nec benedictō pere vel baculi peregrinorum. quia non pertinent ad ordinem. ⁊ idem poteſt dici de benedictione veſtimentorum illorum qui volunt intrare monaſterium vel tertium ordinem beati Franciſci ꝙ licite poteſt fieri.

3 Secundo prohibetur miniſtratio ſacramentorum exceptis eo modo quo conceduntur de iure. de quo vide infra in. c. ſe.

4 Tertio prohibetur celebratio diuinorum. vt in. c. reſponſo. de ſen. ex. de cle. exco. mini. c. 2. ⁊ 3. Sed quid venit hic nomine diuini officij dic ſolummodo ordinatum in breuiario vel miſſali. vt. j. patet in. c. ſe. §. 1. cum ſequentibus.

5 Quarto prohibetur collatio ordinum niſi. vt. j. dicam in. c. ſe.

6 Quinto prohibetur ſepultura eccleſiaſtica: tamen extra cimiterium ⁊ eccleſiam licꝫ ſine officio. cum officio non. aliter clericus incurreret penas poſitas contra tales de quibus. j. dicetur in. c. ſe.

7 Sexto pulſatio campanarum. ar. d. c. alma. Si tamen laici pulſarent ſine eorum conſenſu clerici excuſantur ſecundum Jo. de deo. Hoc intelligo de pulſatione pro horis canonicis: quia Aue maria vel campane de feſto vel pro alio ſigno ꝙ pro horis nō credo ſint prohibite.

8 Septimo apertio Ianue eccleſie tempore celebrationis officij: niſi pro vt infra dicetur in. c. ſe.

9 Utrum prefata ita prohibeantur in eccleſijs exemptis. ſicut in alijs. R. ꝙ ſic. vt in. c. auctoritate. de priuile. li. 6. ⁊ ita ſeruabūt ſicut faciunt alie eccleſie celebrando ſecundum modificationem. c. alma. de ſenten. exco. libro ſexto.

## Interdictum vj.

1 Que conceduntur tempore interdicti generalis locorū vel ſpecialis vel ſingularis. R. ꝙ Undecim.

1 Primum celebratio officiorum diuinorum ⁊ miſſarum in eccleſijs ⁊ monaſterijs ſicut fiebat ante interdictum cum iſta modificatione tamen. ſ. ſubmiſſa voce. Ianuis clauſis. campanis non pulſatis. excomunicatis ⁊ interdictis excluſis in. d. c. alma. §. addicimus. Aduerte hic ꝙ iſtud. c. alma. loquitur de generali ⁊ ſpeciali interdicto taꝫ hominum ꝙ locorum: non de ſingulari interdicto alicuius eccleſie ſecundum glo. in dcō. §. addicimus. ⁊ ideo ibi non poſſet celebrari. Quod nota benē quia pauci aduertunt.

2 Sed quero a quibus celebrari debent prefata diuina. R. Archi. in. d. c. alma. ꝙ a proprijs clericis eccleſiarum vel monaſteriorum monacis: niſi ⁊ ipſi eſſent interdicti. vt. ſ. Interdictum. i. §. ii.

3 Qui poſſunt admitti ad iſta diuina. R. ꝙ nullus niſi clerici aut monaci illarum eccleſiarum in quibus celebrantur. vnde aliarū eccleſiarum clerici vel monaſteriorum monaci non poſſunt admitti ſecundū Archi. in. d. c. alma. Cal. tamen vt refert Ge. in. d. c. alma. tenet ꝙ poſt factum non eſſent irregulares: ſed ante factum non auderet conſulere ꝙ quis admitteret religioſos vel clericos extraneos. Fede. conſilio. 87. dicit ꝙ videtur abſurdum tales non admittere. ⁊ Johan. An. dicit ꝙ eſt nimis durum tenere ꝙ non admittantur. Et credo ꝙ ſit verius ꝙ poſſunt admitti omnes clerici aut religioſi aliarum eccleſiarum. ⁊ verbum canonici ꝙ clerici eccleſiarum reſtringit diſtributionem non auditionem ſeu celebrationē quā permittit ſicut prius poterant intereſſe. ⁊ nunc ſimiliter. Facit ad hoc. d. c. ꝙ i te. Seculares autem de terris non interdictis nullomodo poſſunt admitti. vt in. d. c. licet. ar. c. quoniam epiſcopi. de priuilegi. li. 6. quia quod per priuilegium vni conceditur alteri denegatum comprobatur.

4 Utrum cum alicui ſingulari perſone conceditur vt modo premiſſo. ſ. ianuis clauſis. ⁊c. poſſit celebrare vel audire diuina tempore interdicti. eius familiares qui non dederunt cauſam ⁊ domeſtici poſſint admitti ad audiendum ⁊ celebrandum ſibi officium diuinum. R. ꝙ ſic. vt in. d. c. licet vobis. §. conceditur. Et quid comprehēdatur ſub iſtis. vide ſupra Familia. niſi ob iſtaꝫ cauſaꝫ in fraudem ſint aſſumpti. c. vltimo de verbo. ſigni. li. 6.

5 Quid ſi non ſit ſingularis perſona ſed conuentus aut collegium cui conceditur auditio diuinorum tempore interdicti. numquid eius familiares domeſtici ſimiliter ſint admittendi. R. ꝙ non. vt in. d. c. licet vobis. §. non ſic. niſi ſuper hoc habeant priuilegiuꝫ. vt ibi.

6 Quid ſi in conuentu vel collegio non ſunt niſi tres quorum duo ſunt infirmi numquid tertius poterit celebrare cum familiari. R. Hoſt. in. c. ꝙ non nullis. de priuile. ꝙ ſic ne priuilegium ſit inutile ſicut conceditur ſingulari perſone. vt i. d. c. licꝫ. dummodo non dederit cauſam interdicto. vt in. d. c. licet. Archi. dubitat. ſed ego credo verum dictum Ho.

7 Quomodo debet intelligi priuilegium quo conceditur aliquibus religioſis ꝙ tempore interdicti poſſint recipere ad diuina confratres ſuos. R. ꝙ debet intelligi de illis cōfratribus qui licet in ſeculo remanent tamē eorum ordini ſunt oblati mutato habitu ſeculari. vel etiam qui inter viuos bona ſua dederunt eis retento vſufructu in vita ſua. vt in. c. vt priuilegia. §. i. de priuileg. ⁊ in. c. cuꝫ ⁊ plantare. §. de confraternitatibus. ibidem.

8 Quid ſi priuilegiati vt admittantur tempore interdicti dederunt cauſaꝫ interdicto vel eorum culpa. dolo vel fraude fuit interdicti ſententia prolata: vel ad perpetrandum delictum cuius occaſione interdictuꝫ latum extitit dederunt auxilium. conſilium. vel fauorem. R. ꝙ non obſtante priuilegio nullomodo admitti poſſunt. vt i. d. c. licet. §. ſi.

9 Que miſſa poteſt celebrari. R. Ge. i. d. c. alma. recitat ⁊ ſequitur Johan. An. ⁊ Cal. ꝙ etiam peculiaris. licet Johan. mo. tenuerit ꝙ ſolum conuentualis poterat celebrari.

10 Conceditur aliquibus vt tempore generalis vel ſpecialis interdicti locorum poſſint celebrare in ſuis feſtis Ianuis apertis ſicut minoribus ⁊ predicatoribus nūquid poterunt tales alios admittere ad celebrandum. R. Inno. ⁊ Ho. in. c. vt priuilegia. de priuile. ꝙ ſi priuilegium ſit eis datum perſonaliter non poſſunt. ⁊ tunc perſonaliter conceditur cum dicitur concedimus vobis vt poſſitis celebrare. Si vero perſonaliter non eſſet datum ſicut cum dicitur concedimus vobis vt in veſtris eccleſijs celebretur: tūc poſſunt admittere alios ad celebrādum. ⁊ ſic eſt priuilegiū fratrum minorum ⁊ predicatorum.

11 Utrum ſeculares ⁊ quicunqꝫ alij poſſint extra eccleſiam predicta diuina officia aſcultare. R. Ho. ꝙ excomunicatis ⁊ interdictis non licet audire diuina. neqꝫ licet clericis ita alte dicere ꝙ audiantur de foris. Intellige ſtudioſe. poſſunt eni ita alte dicere ꝙ ſe audiāt i choro ad inuicē ēt ſi ſic dicēdo

audiretur ab ec̃.ar.d.c.alma.Similiter nõ
eſt eis aperienda feneſtra vel hoſtiũ vt videãt
eleuationẽ corporis xpi ⁊ huiuſmodi. nec
pax eis portanda.nec ad offertoriũ poſt euã
gelium admittẽdi.Ad predicatiõem tamen
põt admitti libere:nec diſtinguit an dederit
cãm vel nõ.vel ſint excõicati vel nõ.vt in.c.
reſponſo.de ſen.exco.iuncto.c.epõs nullum
de conſe.di.i.
12 Utrũ dicẽtes offĩm per viã vel ec̃ eccleſiã
tpe interdicti generalis vel ſpãlis locorum
frangãt interdictũ.℞.ꝙ ſi hoc faciãt ſtudio
ſe vt ſeculares audiãt.ſic violant ĩterdictuꝫ
vt probat.ar.c.ſi.de priuile.li.6.vbi pꝫ ꝙ ẽt
celebratio diuinorũ ec̃ eccleſiã ꝓhibetur ta
li tpe.Secus aũt ſi ſic dicẽdo a caſu ſecula-
res trãſeuntes audiãt:tũ qꝛ qđ modicũ eſt
rõ apprehendit qꝛ nihil ⁊. phi.tum qꝛ non
contra rationem legis.
13 Utrũ liceat clericis vel laicis in loco ĩter
dicto legere euãgeliũ vel pſalmos ⁊ huiuſ
modi.℞.ꝙ ſic ſicut ⁊ ꝑdicare ſicut añ dic-
tum eſt.
14 Utrũ tpe generalis vel ſpẽalis interdicti
locoꝝ poſſin. ſeculares ⁊ alij orare in eccle
ſia orõne priuata.℞.Monal.ꝙ ſic.qꝛ talis
actus nõ cõtinetur ſub aliquo ꝓhibitorũ.vt
pꝫ.ſ.Itẽ tꝫ Rodo.ꝙ etiam ſi ſint ipſi oran
tes interdicti vel illa eccleſia poſſunt orare
oratione priuata.

15 Utrum introductio poſt partum ⁊ bene
dictio nuptialis poſſit celebrari tempore
interdicti ℞ndeo.Hoſtien.tenuit ꝙ non li
cet.
16 Secũdum qđ ꝯceditur eſt celebratio di
uinorũ officiorũ ⁊ miſſarum alta voce ⁊ ſo
lenniter.ianuis apertis.pulſatis cãpanis ⁊
oibus interdictis admiſſis:ſolũmodo exco
municatis excluſis. Et hoc ſolũ cõceditur
in feſtiuitatibus Natalis domini.Paſce ac
pentecoſtes ⁊ Aſſumptionis virginis glo-
rioſe.Ita tñ ꝙ illi quorũ cã interdictũ ẽ latũ
altari nõ appropinquẽt.vt in.d.c.alma.Ex
tẽditur hoc.c.ad feſtũ corporis xpi ⁊ eius
octauã per Martinũ.5.⁊ Eugeniũ.4.i ec̃
ua.que incipit.Excellentiſſimi.Sed aduer
te ꝙ iſta celebratio ſi fieret ab interdictis ꝑ
ſonis eſſent irregulares.vt.ſ.pꝫ.Similiter
ſi eccleſia eſſet ſpecialiter interdicta.qꝛ.d.c.
alma.intelligitur quando interdictum eſt
generale loci vel ſpeciale.ſecundũ glo.ibi
dem.
17 Utrũ hñtes priuilegia vt in ſuis feſtiuita
tibus celebrare poſſint vel in ſuo iocundo
aduẽtu vt de templarijs df i.c.vt priuilegia
de priuile.poſſint celebrare nõ ſeruata mo
deratõe huius.c.alma.℞.Jo.an.⁊ Archi.
in.d.c.alma.ꝙ nõ.qꝛ eoꝝ priuilegia ꝑ iſtud
.c.reuocantur quo ad hoc.Secus ſi pri-
uilegia obtinuerunt poſt iſtud capitulũ.al-
ma.
Quero qua hora dies ĩchoabitur.℞.Jo. 18
mo.in.d.c.alma ꝙ qñ dies incipit luceſcẽ
qꝛ dies.df a dian.qđ ẽ claruꝫ:⁊ mane ⁊ veſ
perã cõprehẽdit.iux̃ illđ.Factũ ẽ veſpe ⁊ ma
ne dies vnus.de offi.dele.c.cõſuluit.i aũt.ꝺ
indi.§.ſedebũt.Jo.an.ibidẽ.dicit ꝙ icipit i
vigilia feſti ad veſperas quo ad celebratio
nẽ officiorũ.de feri.c.2.⁊ ꝙ cõtinuare pote
rũt vſqꝫ ad veſperas craſtine diei incluſiue.
Sed cõpletoriũ ⁊ reliqua poſt veſperas cã
tare nõ poterũt ſm formam predictam.c.al
ma.per iura allegata.Archi vero cõcordat
cum Jo.An.ſed addit ꝙ in veſperis cõple
toriuꝫ ꝯiungitur.11.q.3.ſi quis epũs.cl.2.⁊.92.
di.c.vltimo.vbi Laur.Hugo.⁊ Jo.hoc
nõ.Et hoc dicit probari per.d.c.2.vbi Ale.
dicit ꝙ ſicut magnitudo diei exigit tardius
terminari ⁊c̃.Item probatur.qꝛ predicta
conceſſio.c.alma.eſt gratioſa ⁊ fauorabilis
et ſic eſt larga interpretatio ſienda .c.Qꝫ
uis de preben.libro ſexto.⁊ hoc ſequitur.
Ge.in dicto capitulo alma.⁊ ſic habet con
ſuetudo.⁊ ſic tene.Unde Federi.conſilio
cxi.dicit ꝙ ſicut generaliter permittitur
celebratio diuinorum officiorum ſic intel-
ligenda eſt permiſſio generaliter.de quo ꝺ
coniugi.lepro.c.2.de priuile.qꝛ circa.maxie
cum hoc ſit fauorabile.⁊ per cõſequẽs am
pliandum.⁊ ſit priuilegium principis.⁊ ſit
late interpretãdum.⁊ ideo in iſtis feſtiuita
tibus poteſt epiſcopus altaria ⁊ virgines ꝯ
ſecrare.⁊ vella benedicere ⁊ illa imponẽ
monialibus.⁊ calices ⁊ paramẽta benedi
cere ⁊ ſimilia.vt eſt bñdictio a que.benedic
tio abbatiſſe ⁊ abbatis:qꝛ ſub nomine diui
norum iſta veniũt qꝛ ſacra nõ ſunt cum ſint
tm̃.7.hec Fede.Similiter põt ſacerdos be
nedicere ſpõſas.aquã huiuſmodi ⁊ aſper
ſionẽ facere.candelas ⁊ oliuas ſimiliter be
nedicere.Intellige tñ ꝙ fiãt a perſonis nõ
interdictis.qꝛ ptinẽt ad ordinẽ.vt de aqua
de cõſe.di.3.c.aquã.De benedictõe paramẽ
torũ pꝫ de ꝯſe.di.1.c.veſtimẽta.⁊.c.cõſulto
de ſacra vnctione.c.vnico in ſi.de conſecra
tione eccleſie vel alta.c.penultimo.aliter eſ
ſent irregulares.vt patet.Secus eſſet de
alijs que ratõe ordinum non conueniũt vt
bñdictio menſe.grarũ actio pꝰ meſã ⁊ ſilia

Limitare tñ benedictionem menſe ⁊ grã
actões licere.dũmodo ñ fieret in forma of
ficij.An aũt alijs tpibꝰ a dictis feſtiuitatibꝰ
hoc poſſit.℞.Fede.ibidẽ ꝙ ſic ſecundum
moderatõem.d.c.alma:⁊ ſecundum ꝙ di
uina officia poſſunt celebrari.alr non.
19 Terciũ qđ ꝯceditur ẽ pnia quorũcũqꝫ tã
infirmoꝝ qꝫ ſanoꝝ dũmodo excõicati nõ
fuerint.Intellige ſi fuerũt excõicati ꝑꝑ de-
lictum ꝑꝑ ꝙ interdictũ ẽ poſitum.non de
excõicatis ex alia cã:quia ſi ſic ſunt excõi
cati ñ põt abſolui ꝑterqꝫ in articulo mortis
⁊ exceptis illis quoꝝ culpa latum eſt inter
dictum:vel dederunt auxiliũ conſiliũ vel
fauorem delicto ꝑꝑ qđ latum ẽ interdictuꝫ:
niſi prius ſatiſfecerint ſi põt.vel de ſatiſfa
ciendo preſtiterint idoneã cautõem:aut ſi
hoc ñ põt niſi iurauerint ꝙ cũ poterũt ſatiſ
facient.⁊ ad ſatiſfactõem faciendam per il
los qui poſſunt ⁊ tenẽtur dabunt auxiliuꝫ.
conſilium.⁊ fauorẽ.ac iuxta poſſe ſuum la
borabunt ad hoc fideliter.vt in.d.c.alma.
20 Utrũ abſolutio generalis poſſit fieri tpre
interdicti.℞.Jo.cal.ꝙ ſic.quia non ẽ offĩm
diuinum.ſed hec nõ ẽ bona rõ qꝛ bene per
tinet ad ordinem.vñ ſi talis faciens abſolu
tõem generalẽ eſſet interdictus efficeretur
irregularis.ſed ideo licet qꝛ ſicut pnia om
nibus ꝯceditur.ita ⁊ abſolutio:ſiue gnãlis:
ſiue particularis.
21 Quartum qđ conceditur eſt ſacramentũ
eucariſtie qđ morientibus tñ permittitur
c.permittimus.de ſen.exco.⁊ ẽt dãnatis ad
mortem.cle.1.de pe.⁊ re.ſed nũquid debe
at eis deferri cũ cãpanella.℞.Cal.ꝙ ſic ſꝫ
morem ꝯſuetum.
22 Utrum ſanis poſſit dari.℞.ꝙ non etiam
ſi ſint ſacerdotes non celebrantes:quia qđ
non ẽ conceſſum intelligitur ꝓhibitum in
prefatis.2.q.5.conſuluiſti.nec obſtat.c.qđ i
te.de pe.⁊ re.vbi dicitur cõcedi viaticum
cui conceditur pnia.quia verum ẽ ⁊ ꝓprie
tunc dicitur viaticum.qñ datur morientibꝰ
ſed qñ datur ſanis nõ proprie dicit viaticũ
ſed eucariſtia.⁊ iđ ſanis ſiue clericis:vel
laicis denegat.Intellige in clericis niſi qñ
celebrant:quia tunc cõicare tenentur.Jo.
cal.vt refert Ge.in.d.c.alma.dicit ꝙ ẽ duꝝ
dicere ꝙ etiam clericis ſit interdictum cor
pus xpi.Unde Ge.ibidem dicit ꝙ clericis
illius eccleſie põt cõcedi corpus xpi.quia
non eſt eis prohibita participatio ſacramẽ
torum nec officiorum diuinorum.vt in.d.
c.patet.quia poſſunt ſecrete celebrare.⁊ ſic
ſumere corpus xpi.⁊ hoc magis placet.⁊
tene qꝛ verius eſt.
Utrũ ſaltem debeat dari corpus xpi illis 23
ſecularibus quibus ꝯceditur audire diuĩa
ꝑ.c.alma.vt dictũ ẽ.℞.Archi.in.d.c.ꝙ lꝫ
aliqui dixerint ꝙ ſic tñ verius ẽ ꝙ non.qꝛ
in.c.ſi ſnia.de ſen.exco.li.6.ponit vt diuiſa
a iudicio diuinorum ⁊ perceptio ſacramen
torum.Et ideo tene ꝙ non poteſt dari
Utrum mulieribus pregnantibus propi- 24
quis partui.℞.Pa.in.d.c.qđ inte.fuit di-
uerſa opio.ſed ſibi placet vt conſideretur
conditio mulieris ⁊ ſi iminet periculũ mor
tis probabiliꝫ tunc poterit eis miniſtrari via
ticum.⁊ placet:idem i intrantibus mare ⁊
obſeſſis ſm predictam diſtinctionem.
Utruꝫ cõcedatur extrema vnctio.℞.ꝙ ñ 25
vt dicit Pa.in.c.reſponſo.de ſen.exco.⁊
dominus An.de butrio in.c.non eſt nobis
poſt alios.de ſpon.nec etiam clericis ſm
Jo.an.⁊ Cal.
Sed nũquid officium recõmendationis 26
anime concedatur.℞.Cal.ꝙ ſic quia videẽ
annexum ſacramento pnie.
Quintum qđ conceditur eſt ſacramẽtum 27
bapti ne dum paruuloꝝ ſed ẽt adultoꝝ.vt
in.c.qm̃ de ſen.exco.li.6.Et cathecíſmus.
⁊ totum officium bapti tãqꝫ acceſſorium ꝯ
ceditur.⁊ tenet Cal.ꝙ ſi etiam quis bapti-
zaret in eccl̃ia interdicta ſpãliter nõ incur-
reret irregularitatem:qꝫuis ſi honeſte alibi
poſſit fieri non liceat.
Sextum cõfectio chriſmatis in die iouis 28
ſancta.d.c.qm̃.Intelligit tñ Archi.ibidem
ꝙ non põt cõfici alta voce uꝫ cãpanis pul-
ſatis ſꝫ cũ moderatõe.c.alma.ſ.Januis cla
ſis ⁊c̃.
Septimũ ꝙ cõcedit ẽ ſacrm̃ ꝯfirmatõis 29
qđ ẽt adultis põt exhiberi.d.c.qm̃.
Octauũ qđ conceditur eſt ſacramentum
matrimonij qđ legitime põt tali tempore
contrahi.ſed benedictio nuptialis ſecũduꝫ
Hoſti.prohibetur Pa.in.c.non eſt nobis
vbi de hoc nõ.de ſpon.dubitat ſed mihi vi
detur ꝙ conceſſo principali concedatur ⁊
acceſſorium.c.acceſſorium.de re.iur.li.6.
Attamen ſecurius eſt abſtinere niſi in die
bus i qbus licꝫ celebrare publice.
Nonum qđ conceditur eſt ſepultura ec- 31
cleſiaſtica que ſolum clericis conceditur q
ſeruauerunt interdictum:ſine pulſatione cã
panarum tamen ⁊ ſolẽnitate ⁊ cum ſilen-
tio.d.c.qđ in te.ſed hodie ẽt credo poſſint
ſepeliri cum officio ſine nota dicto.per ar.
c.cui licet.de re.iur.li.6:Secundum mode
rationem tamen.c.alma ſecundum Fede.

conſilio.7o.⁊ etiam cum campanis ⁊ alijs conſuetis in diebus in quibus pōt publice celebrari.

32 Sed qd ſi eccl'ia eſt ſpālr interdcā nūqd ibi ſepelientur.℞.Inno.⁊ Hoſti.i.c.tanta de exce.pla.ꝙ ſm quoſdā ñ pñt ibi ſepeliri Hoſti.tñ tȝ ꝙ ſic q2 qđ facit iterdctū gñale gñalr facit ſpālr.l.ſi duo.in ſi.ff.đ ad mi.tu.Pa.in.c.ꝙ i te.tȝ ꝙ clerici eccl'e ſpāliter interdicte poſſint ibi ſepeliri.Alij vero q nō ſunt clerici talis eccl'ie ſpālr interdcē debent in eccl'ia alia nō interdcā ſepeliri.

33 Utrū penitentes ⁊ abſoluti ſint tumulādi in eccl'ia l'cimiterio ſilr ſicut clerici.℞.doc. ꝙ ñ.ſi tñ de fctō ſepelirētur nō ſūt exhumādi.Sed ſi alibi ſepeliant̃ ceſſante interdctō tunc ſunt ad eccl'ias deferendi.

34 Utꝝ ꝯfres q ex priuilegio religioſorȝ quoꝝ ſūt ꝯfres admittūtur ad diuia poſſint ſepeliri i eccl'ia iterdcā.℞.ꝙ ñ.lȝ i alijs libē poſſint eligere ſepeliri.d.c.vt priuilegia.

35 Utꝝ ſepultura eccl'aſtica ꝯcedat oib' i diebus i qbus lȝ celebrare ſolēniter vt dctū eſt ℞.Cal.tȝ ꝙ ſic.niſi ſpālr ſint iterdci vl' cām dederit i'dicto.⁊ placet mihi ſua opio:licȝ Jo.an.⁊ Jo.de ligna.⁊ Ge.in.d.c.alma teneant contrarium quo ad laicos.Fede.etiā tenet conſilio.cxi.ꝙ clerici officiando iſtis feſtiuitatibus circa ſepulturam non efficiūt irregulares.

36 Utrū priuilegiat' tpe iterdci ſup admiſſione ad diuia ⁊ receptione ad ſacra poſſit ſepiliri i cimiterio.℞.Cal.ꝙ.ſic.⁊ idem videtur ēt ſi ſolum eſſȝ priuilegiatus ſuper auditione diuinoꝝ ſolum nō facta mentione ſacroꝝ per regulaȝ.cui cōmūicamus viuo ⁊ etiam mortuo.

37 Utrum mortuaria ⁊ alie oblationes poſſint recipi pro defunctis tpe interdicti vel ab ipis interdictis.℞.ꝙ ſic.ſi mortui ſūt penitentes ⁊ pro eis orari ē.13.q.2.quicunq intra.

38 Decimum qđ cōceditur eſt ordinuȝ collatio.vt nō.Inno.in.d.c.non eſt nobis.Videtur tamen velle ꝙ ſolum clericis poſſint dari ſed non laicis.ſed Pa.in.d.c.⁊ in.c.qđ iute.dicit ꝙ poſſet attēptari ꝙ ex neceſſitate poterunt etiam laici ordinari in loco interdicto ſicut dictum eſt de criſmate cum ñ fiat baptiſmus ſine eo.d.c.quoniam.quia ex quo conceduntur aliqua que non niſi p clericos pñt conferri conſequenter permittuntur ⁊ ea ſine quibus.ar.c.quoniam.de ſen.exco.li.6.ſed ſine neceſſitate nec laici nec clerici pñt ordinari in loco interdicto ſed alibi ordinentur ſi ipi non ſunt interdicti quia pñt.

Undecimū qđ cōceditur ſed ē ſpāle epis ⁊ alijs ſuperioribus vt vbilibet poſſit cum altari portatili celebrare:⁊ celebrari facē ⁊ audire diuina q̃uis ſit interdicta terra.ciuitas vel caſtrum ſeruato tñ qđ dictum eſt.ſ.Januis clauſis.campanis non pulſatis.interdictis excluſis:vt in.c.ſi.de priuile.li.6.habetur ⁊ nō.ſimile priuilegium hñt ffres minores ⁊ predicatores.c.quia in hijs.de priuile.⁊ nō.in.d.c.ſi.in glo.Secus ſi eſſet interdicta eccleſia vel aliquis locus ſingularis quia nec epiſcopus nec fratres predicti poſſent ibi celebrare.vt nō.Jo.an.in.c.queſiuit.de cle.non reſidē.⁊ ſequitur ibi Pa. 39

Duodecimum qđ conceditur ymo precipitur omnibus obligat̃ ad dicendum officium vt illud quotidie ⁊ integre dicant:lȝ ipi ſpecialiter ⁊ ſingulariter ſint interdicti ſigillatim tamen debent dicere ſicut dictum eſt de excōicat̃.ſ̃.hore.§.5. 40

a

# Interdictum vij.

violantes incurrūt penas.7.

Prima eſt irregularitas hāc icurrit ois cleric' q lȝ nō ſit ipe iterdictus tñ exercet aliqd deputatū certo ordini i loco iterdcō.niſi ſm qđ pmittit̃ a iure.vt ſ̃.dictum eſt.Intelligit h̃ Fede.ꝯſilio.7.verū qñ publice ⁊ palam more ſoluto celebratur:ſicut dicim' de excōicato vel interdicto ſicut pri' celebrante.i cle.pe.de ſen.exco.Silr exiſtens iterdictus ſimplr ſi exercet aliqd deputatū certo ordini vbicunq eſt irregularis.c.is q ⁊.c.is cui.de ſen.exco.li.6.⁊.c.cum eterni de ſnia ⁊ re iudi.li.6.

Scđa ꝙ ſ̃dict'.ē ieligibil' ita ꝙ nō pōt eligere nec eligi.d.c.is qui.

Tertia ꝙ ſupradctus ſit ipoſtulabilis ita ꝙ nō pōt poſtulari.c.1.de poſtula.prela. 3

Quarta ꝙ tal' ē bñficijs eccl'iaſticis ſpoliandus.⁊ ſi monachus l'monial' ē dȝ retrudi in artiori monaſterio ad agen̄.pniam.c.poſtulaſt̃.de cle.exco.mi. 4

Quid ſi talis celebrat non in loco interdicto nec ipe interdictus ſed tñ perſonis interdictis.℞ ꝙ nō eſt irregularis.eſt tñ interdictus ei ingreſſus eccl'ie donec ſatiſfaciat ad arbitrium illius cuius ſniam cōtempſit.c.epoꝝ de priuile.li.6.Silr ſm Fede.vbi ſ̃.Qñ admittuntur laici aliunde venictes ad diuina i eccl'ia non interdicta exiſtente in loco interdicto generalr vel ſpālr. 5

6 Sed quid ſi tales clerici exercēt ea q̃ nō ſunt deputata certo ordini.vt puta cantare i coro legere pſalmos.vel ep'lam ſicut faciūt alij laici.℞.ſm Inno.i.d.c.tāta ⁊ ſequitur.Pa.in.c.2.de cle.exco.mini.ꝙ nō incidūt in p̄fatas penas.iuriſdictōnalia tñ exercere pñt.vñ ⁊ excōicare ⁊ abſoluere pñt ſi ipſi nō ſunt interdicti.dicit tñ Pa.i.d.c.2.ꝙ nō debēt abſoluere cū illa ſolēnitate.c.a nobis el.2.de ſen.exco.ſed ei nō credo quo ad abſolutionē:q2 abſolutio ab excōicatione ſiuī cū illa ſolēnitate ſiue ſiñ ea nō pōt ipēdi ab interdicto:ſed ſi ille q ipendit nō ſit interdictus tunc abſoluere pōt ēt cū illa ſolēnitate.q2 cū abſolutio pmittit̃ ergo ⁊ ſolēnitas cōſueta.Inno.tñ ⁊ hoſti.⁊ Laudu.ꝯcordant cū Pa.⁊ addunt ꝙ efficeret̃ irregularis q abſoluerȝ cū p̄fata ſolēnitate.ſȝ eis ñ credo rōe p̄dicta.Item ſȝ Guliel.durādi ſilr ē irregularis clericus q ſolēniter in cimiterio ſepelit hoiem interdictū.ar.c.i.de poſtu.prela.ſed ego dico ſilr ſi hoiem ñ interdictum ſepelit in loco interdicto ſolēniter.ſ.cū offō ſolito.rō q2 iſtud cōpetit certo ordini ſȝ ꝙ cōiter ſuatur.nō.ēt aliā penā in cle.eos.de ſepul.de qua.ſ̃.excōicatio.7.caſu.36.

7 Quinta pena ē ꝙ clericus qui nō ſeruat interdictū loci ē ſuſpēſus ab offō ⁊ bñficio d.c.tāta.de exce.pla.in tex.⁊ in glo.⁊ ſequunt̃ cōiter doc.

8 Sexta pena ē ꝯ religioſos quoſcunq.ſ.excōicatōis q ñ ſuant interdictū cū matricē eccl'iam loci ſuare ſciunt.qđ intelligo de generali iterdicto.q2 ſi ſinglr eccl'ia matrix eēt interdicta ñ hȝ locū.in cle.ex frequētibus đ ſen.exco.ſi vero matrix eccleſia nō ſeruarȝ ſolū incurrerēt penas quas' ⁊ clerici incurrunt.de quibus in iſto capitulo dicitur.

9 Utrū laici nō ſuantes interdictū icurrant aliquā penā.℞.ꝙ nulla inuenit̃ in iure ipis impoſita.peccarent tñ mortalr ſi hoc facerēt i ꝯtēptū eccleſie.alias ñ niſi in quatuor caſib' poſitis in cle.i.de ſepul.⁊ cle.grauis de ſē.exco.de qbus hēs.ſ̃.excōicatio.5.caſu.15.⁊ excōicatio.7.caſu.36.

10 Sed nunqd laici tenētur de eccl'ia exire ſi ſacerdos recipit iterdictū ad diuia.℞.Monal.ꝙ ñ nec peccat audiēdo ſȝ ſol' ſacerdos.

11 Utrū clericus ſimplex q hȝ tñ primā tōſurā incidat in penas p̄dictas ſicut alij clerici.℞.Ho.ꝙ ſic ſi i offō ſuo cātet.ſ.tāq̄ pſalmiſta.vt in.c.pſalmiſta.23.di.

12 Ultima ꝙ clericus decedēs iterdict' puatur eccliſtica ſepultura.d.c.is cui.

1

# Interdictum 8.quō relaxatur.

℞.ꝙ aut interdictum fertur ad tps ſicut cū quis interdicitur vſq ad ānum vel donec ſatiſfecerit.vel talis ibi moret̃.⁊ tunc nō requiritur abſolutio aliqua poſt tale qd:q2 anno tranſacto vel ſatiſfacto vel recedendo tali interdictū eſt amotum ipſo facto ⁊ licite p' hoc celebrat qs.Ita nō.Pa.in.c.nō ē vobis đ ſpon.nec diſtinguo an ſit a iudice vel a iure q2 in vtroq hȝ locū qđ dixi.⁊ idē dic de quacunq alia ſuſpēſione tā iuris q̄ hois.Secus de ſnia excōicationis ad tps.q2 requiritur abſolutio.ita nō.doc.in.c.ſi.de matri.ꝯtracto.contra iter.eccleſie.⁊ ibi reddunt rōnem eſſe q2 excōicatio requirit certā formā in abſolutione:ſed in interdicto vel ſuſpenſione ſufficit conſtet de mente iudicis.⁊ lȝ aliqui dubitent de excōicatiōe lata a papa ad tps.tamen tene ꝙ requiritur abſolutio:niſi aperte ꝯſtet papā velle eū abſolutū eſſe ſm do.Anto.⁊ ſeqt.Pa.in.d.c.ſi.Si vero interdictū vel ſuſpēſio nō ē l'ata ad tps ſed ſimpliciter tūc requiritur abſolutio.⁊ ſi ē a iure pōt abſoluere ordinarius vel legatus ſedis aplīce:niſi cū cōditor iuris ſibi vel alteri reſeruauit.ar.c.nuper in.2.de ſen.exco.Si aūt ſit a iudice ſic ille qui tulit pōt abſoluere vel eius ſuperior tñ ⁊ non alius.aut de mandato eius q eam tulit.24.q.i.ſi Petrus.

Utrū ſit ſeruanda aliqua forma i eius abſolutione.℞.Hoſti.ꝙ ſic dicendo reuoco:vel remoueo:vel abſoluo ⁊ ſimilia verba.Debent etiam iniungi eis vt ſatiſfaciant ſecundum quod dicitur de excomunicationis abſolutione.quia in hoc ambulat pari paſſu.vide.ſ̃.abſolutio.3.§.i. 1

Utrum interdictum poſſit ad cautellam relaxari.℞.ꝙ generale interdictum nō poteſt.c.preſenti de ſen.exco.li.6.ſed ſi interdictum ſit ſingulare contra perſonaȝ ſic poteſt relaxari ad cautellam.ar.a cōtrario ſenſu.d.c.preſenti.ratio q2 ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta negantur donec abſoluatur.⁊ ſic idem eſt quod ⁊ de excomunicatione a qua quis abſoluitur ſub conditione.vt in.c.ſolet de ſen.exco.li.6.hoc tenet Jo.An.⁊ Gar.in.d.c.preſenti.Limita hoc ſi penitet alias non.quia ſic relaxatio daret cauſam peccandi niſi forte in caſu ſicut cum abſoluitur inuitus ab excomunicatione de quo ſupra abſolutio tertio.§.ſeptimo. 2

3 Utrū ep̄s vel alius poſſit ſuū interdictū ſuſpēdere. R̷. Lau.tancre. ⁊ Uincē. ꝙ ſic. vt nō.in.c.ad hec.el.3.⁊.c.directe.⁊.c.pre terea de appella.

4 Utrū p appellatōem ſequentem ſuſpēda tur interdictū lati. R̷.ꝙ non niſi eius effect⁹ ſit ſuſpenſus ad ip̄s: qꝛ ſic pōt appellari a ſē tentia ſuſpenſa ſicut a ꝯditōnali.d.c.p̄terea. Et hoc intellige de interdicto vel ſuſpenſio ne. Secus in ſnīa excōicationis cuius effec tus nūꝗ̄ pōt relaxari niſi i toto abſoluat̃.c. cū deſideres de ſē.exco. Hoc nō.hoſti.i.d. c.ad hec. Hoc itellige de interdicto a diui nis ⁊ ſacris ⁊ alijs ſpūalibus. Secus eſſet in interdicto a tp̄alibus. vt puta ꝙ nō ingre diatur poſſeſſionē talē.ff.ð appella.l.ꝯſtitu tōis. vn̄ Jo.An.i.d.c.is cui reſtrīgit ſolū in mere ſpūalibus p q̄ue ligat̃ aīa. ⁊ iō per ap pellatōem ſuſpenditur interdictū a bn̄ficio. ⁊ ſuſpēſio de quo vide.j.Suſpenſio.2.§.i.

5 Utrū priuilegiū cōceſſū alegato a latere quo interdicti tp̄e valeat celebrare interdic tis ⁊ excōicat̃ excluſis valeat q̄tū ad ſnīas ſuas ⁊ ſuoꝝ ſucceſſorū ordinarioꝝ. R̷. ſm Landu. ꝙ ſic niſi ſpālr̄ a ſucceſſore renoce tur. ⁊ tȝ idē ꝙ ēt valȝ quo ad ſnīas pape.ar. d.c.dilectus.el.2.de reſcri.

6 Utrū papa dante lnīam celebrādi in eccle ſia ſpāliter interdicta relaxet eo ipſo. inter dictū. R̷. ſm Ho.i.c.vt priuilegia ꝙ non.

7 Utrū de auctoritate ep̄i poſſit qs celebra re in eccleſia interdicta. R̷. ſm Hoſti.in.d. c.adhec qūi ꝙ n̄. qꝛ iſtud ptinet ad ſolum. Papā de priuile.c.cūȝ ⁊ plantare. Secus eſſet in ceſſatione a diuinis. qꝛ poſſet ep̄s ex cipere quos vult ⁊ ſubicere ⁊ ip̄s ⁊ modū determinare ſm Inno.in.d.c.vt priuilegia Et idē tȝ in eccleſia p eum īterdicta. allegat d.c.dilectus. ſed nō pōt ꝯcedere vt pſona i terdicta vel ſuſpenſa celebret niſi pro delic to alterius ſit ſuſpenſa ab eo.

1 # Interdictum

9.qn̄ nō indiget relaxatōe. qꝛ ipſo iure nō te netur qs ſuat̃. R̷.ꝙ in duobus caſibus.

1 Primo. qn̄ fertur ꝯ participātes cum ex cōicatis in caſu quo minorē incurrit excōi catōȝ ſine canonica monitōe p̄miſſa: tūc nl' lū eſt ipſo iure ſicut ⁊ ſuſpēſio quelȝ Intelli ge ſi ferat̃ ab inferiori a Papa.c.ſtatutū de ſē.exco.li.6. Et dic canonica monitio ⁊ le giptima qn̄ noīatim admonētur. alias non. vt in.c.ꝯſtōnem.co.ti. ⁊ li.ꝯ alios vō lȝ de beat p̄cedere monitio qn̄ fertur p contuma cia. ſm Inno.in.d.c.adhec qn̄: tn̄ tȝ ſimili ter ſi pferatur ſine ſcriptis q̄uis iudex icur rat penā de qua in.c.i.ð ſen.exco.li.6.⁊.ſ. excōicatio.⁊.§.2. Sed magis breuiter dic ꝙ in illis caſibus in qbus ſnīa excōis nō tȝ ſic nec īterdictū. de quo vide.ſ. Excōicatio 3.per totum. Secundo qn̄ interdictū eſt la tū pp aliquos. ⁊ ipſi nō ſeruāt cū.tex.ē in.c. penſi.de priuile. Sȝ aduerte ꝙ in Hoſti. ibi dē ꝙ ſi ciuitas vel eccleſia eſt interdicta pp aliquē.i.pp coꝝ delictū tūc lȝ ipſi violē. alij tn̄ ſeruare tenētur. ſi āt ſit poſitū p coꝝ q̄rel la ad coꝝ vtilitatē tunc ſi ipſi nō ſeruant nec alij ſeruare tenētur. ⁊ ſic efficitur nullū.d.c. penſi. ⁊ ſic eū intellige.

1 Utrū qn̄ interdictū eſt nullū tn̄ matrix ec clia ſeruat teneant̃ religioſi illud ſeruar̃. R̷. ꝙ ſic. alr̄ incurrunt penā excōis cle. ex fre quentibus de ſen.exco.in glo.

1 # Interesse

ſȝ Bar.in.l. vnica.C.ð ſē.q̄.pro eo ꝙ īter.pſer. proprie ⁊ ſtri cte eſt extimatio alicuius vtilitatis nō habi te pp alicuius factū iniuſtū vel ꝯceſſionē iu ſtā. ⁊ eſt duplex. aliud lucri ceſſantis. ⁊ hoc ē qn̄ homo impeditur a lucro qð feciſſet ſi talis pecunia ſibi reſtituta fuiſſet vel ſi talis leſio ſibi n̄ fuiſſet illata ⁊ huiuſmodi. Aliud ē intereſſe dāni emergentis. ⁊ hoc duplex. ali ud in re. aliud ex̄ rem. Intereſſe dāni emer gentis in re vel circa re qð ēt dr̄ intrinſecuȝ ſm Bar.vbi.ſ. ⁊ iſtð ē ipſa res ſeu ei⁹ extia tio. vel id qð ꝓuenit imediate ex ipſa re. vt fructus ⁊ partus ⁊ huiuſmodi. ponitur exē plū. vendidiſti mihi vinū qð valebat. 20. ⁊ tibi tradidi p̄tium nec dediſti nūc valet. 40. ſi traditū fuiſſet tn̄ hiturus eram. ⁊ de hoc ff.de ac.emp. ⁊ ven.l.ſi ſterilis.§. cū p vēdi torē. Intereſſe ex̄ rem vel extrinſecum eſt qð prouenit non ex ipſa re ſȝ propter ipaȝ rē. exemplū: vēdidiſti vinū nec tradidiſti ſȝ ſi tradidiſſes ex eo potuiſſem negotiari ⁊ lucrari. vendidiſti granum ⁊ qꝛ non tradi diſti ſerui mei fame perierunt. ⁊ iſtud qn̄ pe tatur in ꝯtibus hēs in.l.Iulianus.§.i.ff.de act.emp. ⁊ uēdi.l.cum venditorē.C.de ac. emp. ⁊ vendi. ⁊.ff.de verbo.obli.l. ſi inſu lam. ⁊ qn̄ teneatur in conſcia habes. vſura i.§.30. intereſſe qn̄ hȝ certā quantitatem vel ſpēm duplum excedere non pōt. ⁊ qn̄ exce dit duplū hēs in.d.l.vnica.in tex. ⁊ in glo. ſed quo ad conſciam habes infra. vſura.i. §.30.

1 # Interpretatio

Legis ad quem pertinet. R̷.ꝙ interp̄tatō legis diuine vel canonice ptinet ad papam c.ꝓ venerabilē q filij ſint legiptimi. ſed inter pretatio legis ciuil' in q̄tū cōcernit clericos ſilr̄ ptinet ad Papā. vt in.c.i.de iura. calū. Inquātū āt ꝯcernit laicos ptinet ad ipato reȝ.l.fi.C.de le. qꝛ ē eius interpretari cuius ē ꝯdere de re.iur.li.6. Et hoc intellige verū generalr̄ ſed q̄tū ad vnā cām pōt iudex ēt i terpretari. vt nō. Inno.i.c.cū ſpāli de appel la. vide bonā glo.in.c.i.de poſtula.pla.fac.l.vnica.C.de pſeſſo.q in vrbe. niſi eſſet ita arduū ꝙ firmus intellectus dari nō poſſit: qꝛ tunc recurrendū ē ad principē.l.pe. ⁊ fi. C.de le.h̄ Pa.in.c.i.de iura.calum.

1 Utrū interp̄tatio p̄uilij ptineat ad princi pē ſolū. R̷. Pa.i.c.qꝛ de iudicijs. ꝙ aut du biū eſt ſup ptāte.ſ.ſi potuit dare. ⁊ ſic nulli i feriori a principe lȝ. vt in.c.i.de tranſla.pla. 17.q.4.§.qui aūt.9.q.3.cūcta per mūdum. Aut dubiū ē ſup validitate vel ſurreptōe. ⁊ ſic pōt inferior iudex ſȝ cōiter doc. Aut du bitatio ē circa verba ſolū. ⁊ tunc ſi caſus eſt clar⁹ ⁊ deciſibil' de facili. ſic pōt inferior co gnoſcere ad p̄iudititū partiū ſm cōiter doc. Nō qꝛ inferior interp̄tat̃ legē ſuperioris in p̄iudiciū partiū. vt nō. Inno.in.d.c.cū ſpā li. fac.c.int̃ alia de ſen.exco. ⁊.d.l.fi. Si vō caſus ē dubius ſic ptinet ad principē ſi eius pñtia de facili pōt hēri.ar.d.c.qꝛ. ⁊.d.c.iter alia. ⁊ in.l.ex facto.§.i.ff.de vul. ⁊ pupil.ſb ſti. ꝙ ſi de facili nō pōt adiri princeps pp lō gā diſtantiā. ſic poterit interpretari p rōnez nālem ⁊ veriſimilē q̄ pōt notari p expſſa v ba. p hoc ē caſus in.d.l.ex facto.§.2. vbi iu riſcōſult' iterpretat̃ legē ex nāli rōe. Item qð nō. Inno.in.c.cū ſpāli facit tex.in.c.cūȝ pſone de priuile.li.6. Aut dubiū verſat̃ cir ca intentōem principis. ⁊ non pōt decidi ſi ne magno dubio: ⁊ ſic interpretatio ē ſolius p̄ncipis. ad p̄dicta facit tex.in.c.venerabilē de elec. dicit ēt. Specu.in ti.de lega.§.nunc oſtendendū ꝙ ep̄s poteſt interpretari iuriū allegationes de pigno. ſignificante. ⁊.d.c. venerabilē pcedit i arduo negotio vt dcm̄ ē

2 Utrū in ꝯtibus ſit interpretatio facienda. vt res potius valeat ꝙ̄ peat. R̷.ꝙ ſic de fide inſtru.c.inter dilectos in glo. ⁊.ff.de re.du. l.quotiens in actōibus de ver.ſig.c.abbate §.ꝯ qð fuit. Si vero res valeret ſm intellec tū vtriuſqȝ. tunc accipiendū ē illud qð ē ma gis veriſimile.ff.de re.du.l.cū in teſtō. ⁊.ff. de ver.obli.l.eum q. ⁊ qð conſueuit.28.di. de ſiracuſane. ⁊ qð magis conuenit iuri de ꝯſue.cūȝ dilectus.§.fi. vbi interpretatio ſit contra eū qui legē potuit apertius dicer̃.ff. de pac.l.veteribus de p̄uile.c.qꝛ i gl. Inter pretatio in ꝯtib⁹ ſit plena. In teſtis pleni or. In beneficijs quoqȝ plēiſſima de dona. c.cū dilecti. Interpretatio locutionū dȝ fie ri ſm pſonas que loquunt̃ vel qbus loquit̃ 26.di.deinde in glo.

1 # Interrogatōnes

i ꝯfeſſiōe vtꝝ ſint faciēde a ꝯfeſſor̃. R̷. qꝛ ſic h tex.claꝝ. Aug.ð pe.di.6.c.i. vbi dic̄. Diligēs igſitor. ⁊ ſbtil' iueſtigator ſapiē ter. ⁊ qſi aſtute interroget a pcōre qð forſan ignorat l' p̄ uerecūdia velit occltare. h̄ ille. Et nō. ꝙ ꝯfeſſor tenet̃ ſb pcā mortal pci eas itro gatōes facē q̄s cognoſcit neceſſarias ꝯfitētī p validitate ꝯfeſſiōis hn̄s pbabilē opion ꝙ ꝯfitēs ex obliuiōe l' ignorātia ſeu neglia omittit. ar.c.ſit rctor.43.di. Sec⁹ eēt qn̄ hn̄ pbabilē opionē ꝙ ꝯfitēs talia ſcit ⁊ aduer tit. qꝛ ſic pt̄ credē eū l' n̄ cōiſiſſe l' al' ꝯfeſſū fu iſſe. ⁊ ſic n̄ tnt̃ itrogat̃ niſi forte videt̄ ꝙ ex verecūdia n̄ audēt dicē. Dimittē āt itrogare ex iadūtētia aut obliuione n̄ credo ſit pctm̄. Ex neglia vō dimitē itrogatōes q̄s pbabilr̄ ꝯſcia ſibi dictat faciēdas ð ncitate vr̄ mōtale pcm̄ p ea q̄ dicā.j.neglia.§.i. mlto magiſ vr̄ mōtale qn̄ ſciēt. ⁊ ſūn oi rōabili cā volūtāte dimit. tnt̃ ei ꝯfeſſor circa ꝯfitētē facē ex p̄cep to caritat̃ ea q̄ vellet ſibi fierēt rōabilr̄ ptinē tia ad ncītatē ſalut̃ ſic ē itegre ꝯfitē ⁊ i viā ſa lut̃ dirigē alr̄ p̄uaricat̃ illð p̄ceptū. Diliges pximū ſicut teipuȝ. Nō tn̄ dȝ ꝯfeſſor eē nimis ſcrupuloſus i itrogādo oīa q̄ poſſibile ē ꝯ miſit pcōr ſȝ ſolū circa ea dȝ itrogar̃ q̄ pro babilr̄ credit cōiſiſſe. Quid dȝ attēdē ꝯfeſ ſor circa itrogatōes. R̷. ſȝ alleſē ꝙ tria. Pri mū ꝙ itroget ð pcis n̄ ð fabul' l' alijs iuuda ius. Scðȝ ꝙ n̄ itroget niſi ð pcis ꝯſuet̃. ⁊ q̄ cōit ſit nota explicite. Querē ei ð pcis ipſue tis ⁊ enormib⁹ niſi i gnāli ⁊ a lōge ⁊ p q̄ndā circūlocutōeȝ nocet ꝯſuetū. qꝛ ſepe diſcit qð neſcit. ppea dr̄ pū.ii.q iueſtigator ē maioz opp̄miet̃ ab eis. ⁊ i.l.i.§.q qōeȝ.ff.ð qō. phi bet̃ fieri qō ſpāl' i p̄iudiciū alti⁹. Tertiū ē qð n̄ dſcēdat nimis ad pticulares circūſtantias pcōꝝ carnaliū. qꝛ vt dic̄ phs.3.ethi. Delec tabilia q̄ꝫto magis ꝯſiðrāt̃ tāto magis ſunt apta moue ⁊ nocet tal' itrogatio: ⁊ ꝯfeſſoris ⁊ ꝯfitētī. Suffic̄ ei hr̄e vltiaȝ ſpēȝ pci i hui⁹ mōi ⁊ circūſtātias q̄ cadūt ſb ſpāli p̄hibitō ne ⁊ a lōge ⁊ cū v̄bis hōeſtis. vn̄ nllo mō ð ſcēdat ad alia ſpālr̄: pn̄ mlr̄ ꝯfitet̃ ꝙ fuit co gnita ex̄ vas ðbitū n̄ q̄rat. poſtea i quo loco l' qūo ⁊ h⁹mōi ſic faciūt qdā q pot⁹ ſt̄ cōta miatōes q̄ ꝯfeſſōes q ſepiſſime peccāt mō



UNIVERSIDAD ... BIBLIOTECA ... DE ZARAGOZA

taľr ꝺlectādo ſe ꝺ h⁹mōi īterrogatiōib⁹. ⁊ ꝑꝑ
ꝺlectatōēs faciēdo caſ. Scđo ꝺ qb⁹ ſūt īterro
gatōēs faciēde. Rͦ. ꝙ ſt faciēde ꝺ pctis cōib⁹
ſic ē trāſgreſſio decē ꝓceptoꝝ. cōiſſio ſeptē
pctōꝝ capitaliū. abuſio qnqꝫ ſēſuū. ⁊ ꝺ cir
cūſtātijs q̄ mutāt ſpēm. ⁊ aliqñ q̄ aggrauāt
nōbilr ñ oēs ꝺ oib⁹ ſꝫ ꝺ ill' q̄ cōiter ꝯtigūt in
tali ſtatu qꝛ ꝺiuiſio eēt q̄rē a ſcia ꝺ milicia ⁊c̄.
Uñ vt ꝯfeſſoꝛ ſimplex hēat formā īterrogā
di h̄ ānotabo talē oꝛdīez q erūt qͥ vna tabu
la tott⁹ iſti⁹ āgelice ſūme circa ea q̄ ꝑtinēt ad
ꝯſciaꝫ. Attēde ergo o ꝯfeſſoꝛ q ſalutifer vis
ꝯfeſſiōes audiř ad īfraſcripta.

Preſētato tibi pñītēte ꝺbes p.ͦ īterrogař eū
ꝺ q̄ loco ľ tra ē ſi aľr eū ñ agnoſcis. vt ex h ī
telligē poſſis. ſi hēs auctoꝛitatē ad eū ꝯfitēñ
qꝛ ſi es ſacerdos ꝓochiał ñ hēs ꝓtātēꝫ niſi
ſup illos q ſt ꝺ ꝓochia tua. ſꝫ ꝙ hēs. ſ. ꝯfeſ
ſio. 3. §. 3. ⁊. §. 9. ⁊ ſex ſequētib⁹. Idē dic ſiłr
ꝺ illo cui cōiſſa ē audiā ꝯfeſſiōuꝫ a ꝓochiali
ſacerdote. Si v͛o ē tibi ꝯmiſſa ab ep̄o talis
auctas ľ ab ei⁹ vicario gnāli ī ſpūalib⁹ ľ ab a
lio hñte iuriſdictōēꝫ qͥ ep̄alem. Tūc ſi es ff
mioꝛ ľ ff ꝺ oꝛdīe p̄dicatoꝝ aut heremitaꝝ.
⁊ h⁹modi ⁊ talē auctēꝫ hēs ꝑ ꝓuilatōēꝫ ſcāꝫ
ſꝫ formā cle. dudū ꝺ ſepl. ꝺ q̄ hēs. ſ. ꝯfeſſio
3. §. 16. vel es admiſſus ac ſi eēꝫ ſuata talis
forma ſic potes audiř oēs ꝺ illa dioceſi vľ
iuriſdictōē illi⁹. ⁊ ī illa dioceſi ſolū ⁊ ñ ex̄ il
lā. Si v͛o ñ es ꝓuilat⁹ ſꝫ formā dicte cle. nec
admiſſus ac ſi eēt ſuata. ſꝫ ſolū tibi ꝯceſſit li
cētiā audiēdi ꝯfeſſiōes. ſic potes vbiqꝫ ei⁹ ſb
ditos audiř. ꝺ q̄ viꝺ i. d. §. 16. ⁊ ſequē. Et ſi ī
ueneris ꝙ hēs auctēꝫ eū ꝯfitēdi. Interroga
2. ꝺ ei⁹ ſtatu ⁊ ꝯdictōē ſi aľr eū ñ agnoſcis vt
ꝑpēdere poſſis ſi erit capax abſolōis ľ ne.
Nā ſi īueneris eū ī tali offō ľ ī tali arte quaꝫ
exerceř ñ pōt ſine mōtali. tūc īdica ei a p̄ī
cipio: ne forte eū audiēdo. ⁊ poſtea volens
eū abſoluē ſcādalizeř de te. poſſes tñ talē q
hꝫ aliqd qꝺ ñ vlt ꝺimitte ſꝫ ꝙ teneř admoneř
ꝙ ſi vlt ꝯfiteri libēter audios eū: ſꝫ abſolue
re nō poſſes; niſi dimittat ꝙ exercere ñ pt
ſine moꝛtali. ⁊ qūo lꝫ eū ñ abſoluaſ tał ꝯfeſ
ſio valꝫ ei ad mlta bōa ꝓfuī vt de⁹ eū⁹ illuiet
eū ad pñiaꝫ ſꝫ qꝺ ꝺſ i. c. qꝺ qdā. ꝺ pe. ⁊ re.
Et hijs dictis ſi voluerit ꝯfiteri potis eū au
dire ⁊ mōita ſaluti dare. ⁊ aliquā pñiaꝫ ſed
nlľomō abſolōēꝫ. qꝛ ſic peccares mōtalr. ꝺ
q̄ hēs. ſ. ꝯfeſſio. 1. §. 14. ⁊ ꝯfeſſio. 6. §. 2. ⁊. 3.
Interroga. 3. q̄ꝫtū ē qꝺ ñ fuit ꝯfeſſus ⁊ cui ꝯfeſ
ſus fuit. ⁊ ſi ꝺbita bōa volūtate fuit ꝯfeſſus
⁊ ſi fecit pñiaꝫ. ⁊ ſi aliqd retiuit ſciēt qꝺ nō
fuit ꝯfeſſus. vt ex iſtis poſſis ſcire ꝺ q̄ꝫto tp̄e
hꝫ ꝯfiteri. ⁊ ſi ꝯfeſſiōes ſcē ſūt reiterāde ⁊
qñ hoc ſit hēs. ſ. ꝯfeſſio. 1. §. 8. cū mułtis ſe.
Interroga. 4. ſi adhibuit diligētiā vt ſuoꝝ
pctōꝝ hēat mēoꝛiā. ⁊ ſi īueīres qꝺ ñ. puta qꝛ
oꝫ reiterare ꝯfeſſiōes ꝺ mlto tp̄e. ⁊ ip̄e pñī
tēs h ñ cogitabat. ⁊ ꝑꝑca nllā poſuit diligē
tiā ſup pctis ꝯfeſſis. tūc admonēdus ē vt va
dat ⁊ cōeř reducē ad mēoꝛiā ſua pcā diſcur
rēdo ꝑ ſtat⁹ quos hūit. ꝑ officia q̄ exēcuit. ꝑ
ſocietates q̄s tenuit. ꝑ loca ī qb⁹ hitauit. per
exercitia q opat⁹ ē vt ſic itegre ꝯfiteri valeat
⁊ q̄ꝫtā diligētiā ꝺeat ponē hēs. ſ. ꝯfeſ. 1. §. 12.
Predictis factis ⁊ īuēto ꝙ ſcā diligentia
ſꝫ poſſe ſuū ē diſpoſit⁹ ad digne ꝯfitēdū. ꝺ
bes eūdē penitentē inducē. vt genu flexo di
cat hūilr cōfiteoꝛ deo ⁊c̄. vſqꝫ mea culpa ſi
ſcit eā dicere ⁊ ꝙ ſtet facie v͛ſa lateri ꝯfeſſo
ris. ſi ē mlīē ľ iuuēis. ⁊ ñ ꝑmittas ꝙ aſpiciat
ī faciē tuā qꝛ mlťi ꝑꝑ h coꝛꝛuerūt. ⁊ poſtea
bōis v͛bis ⁊ ꝑſuaſiōib⁹ īduc eū vt dicat pcā
ſua. Et ſi ſcit oꝛdiate dicē noli eū īpedire. ſꝫ
ſolū vade ſupplēdo. vbi ip̄e ꝺficit ī exp̄mē
do circūſtātias ľ ꝺclarādo qūo ē moꝛtale ⁊
teneř abſtiere vel ad reſtōēꝫ ľ ē excōicatus.
⁊ h⁹mōi ſi vides ꝙ ip̄e pñītēs h ñ ītelligit ľ
ñ ꝑpēdit. ľ ſi neſcit oꝛdiate dicere fac vt ꝯfi
teaſ ſaltē ꝗuioꝛā q magis ꝗuāt ei⁹ ꝯſciaꝫ vt
ex illis poſſis ſcire ꝺ qb⁹ ꝺbeat eū īterrogare
Et ꝺcis aliqb⁹ ꝺ ꝗuioꝛib⁹. Si viꝺs ꝙ neſcit
oꝛdiare dicē. Incipe tu īterrogař eū ſic ī īfra
ſcriptꝭ videbis. ñ tñ oēs de oib⁹ vt dixi. ſꝫ tñ
ꝺ hijs q̄ v͛iſilr ꝓſumit cōiſiſſe ľ rōe ſtat⁹ vel
exēcitij aut ꝯditōis ꝑſōe. Et caue ne eū exaſ
peres ꝑꝑ aliqꝺ pctꝫ doec totā ꝯpleuit ꝯfeſ
ſiōēꝫ ne forte ꝑuerecūdia ñ itegre ꝯfiteaſ. ſꝫ
ꝯpleta ꝯfeſſiōe. tūc eū rep̄hēde ⁊ argue ſm
ꝙ videris ei expedire.

Ordo āt īterrogādi ſit iſte circa pcā cogno
ſcēda ⁊ dicēda. p̄io circa decē ꝓcepta.

Circa p̄mū ꝓceptū decalogi qꝺ ē. Nō ha
bebis deos alieos ⁊c̄. Exo. 20. qꝺ qdē qūo
ītellīaſ hēs Preceptū. §. 3. ex c⁹ expoſitiōe
ſic facies interrogationes.

Si adoꝛauit aliquā creaturā vel cū p̄mo
appet fecit ei aliquā ořonē ⁊ huiuſmodi.
Si adoꝛauit diabolū ēt ſub angelo lucis ap
parēte qꝛ moꝛtalia ſunt. viꝺ Adoꝛatō. §. 10.
Si īuocauit demones vel fecit aliqꝺ pactū
cū eis. vide Soꝛs. §. 3.
Si vſus ē nigromātia aromātia ⁊ h⁹mōi.
viꝺ ibidē. Si vſus ē foꝛtib⁹ ľ icātatōib⁹
ad ſcieñ occlta ľ furta ⁊ h⁹mōi. vide ibideꝫ.
Si voluit ſcire futura ꝑ vanā īſpectōēꝫ crea
ture. ibidem.
Si qñ obuiauit lepoꝛi vel alteri aīali credi
dit ꝑſagiū alicuius futuri. ibidem.

… ꝓgnans petit ignē ⁊ h⁹modi
… ua non fieri …
… ſciendum futura. vide ibidem.
Si vſus ē ľris punctis aſtrolabio aptiōe li
bri ⁊ huiuſmōi ad ſciēdū futura. ibidem.
Si obſeruauit ſōnia vt īdiuiaret. ibidē. §. 5.
Si voluit colere deū ſm ritum iudeoꝝ. vi
de Superſtitio. §. 1.
Si vſus fuit liganunibus aut caracteribus
pro ſanitate danda. vide Superſtitio. §. 1.
Si fecit ānulū qñ legitur paſſio xp̄i vel cara
cterē in tali die ⁊ huiuſmōi. vide ibidē. §. 2.
Si vſus fuit arte notōia vel eā didicit. vide
ibidem. §. 3.
Si vſus ē herbis ꝯ ꝺmōes. viꝺ ibideꝫ. §. 6.
Si vſus ē breuibus ligādis ad collum vel
poꝛtandis. ibidem. §. 7.
Si īcantauit aīalia. ibidem. §. 8.
Si carminauit infirmos. ibidem. §. 9.
Si dixit vel fecit dici miſſas vel pſalmos.
vt quis moꝛeretur ibidem. §. 10.
Si colligendo herbas obſuauit aliqua va
na. ibidem. §. 11.
Si aliqꝺ fecit vt ſciret infoꝛtunium alicui⁹
ibidem. §. 12.
Si ꝑ maleficiū deſtruxit aliꝺ malꝫ. ibiꝺ. 13.
Si credidit feminas ire de nocte vel ꝯuer
ti in catas ⁊ huiuſmodi ibidē. §. 14.
Si habet libꝛos de p̄dictis foꝛtilegijs vľ ſu
ꝑſtitionibus teneř eos ꝯburere. al ñ ē abſol
uendus. vt. ſ. Curioſitas. §. 1.
Si obſuauit dies egiptiacos. viꝺ ſrſtō. §. vl.
Si dedit poculū vt amareř ab aliquo vide
tur moꝛtale. qꝛ oio ſupſtitiōe vtitur.
Si credidit ꝙ ex ꝯſtellatione cogatur quis
ad bonū vel malū. vide Soꝛs. §. 3.
Si vſus ē ſacris vel ſacrālibus ꝑ danda ſa
nitate. ⁊ huiuſmodi. vide ſacrm. §. vltimo.
Si acceptauit duellū vel obtulit vel fuit cau
ſa vt fieret. vide Duellum.
Si accepit ferrū cādēs vel dedit ꝑ māifeſtā
da veritate. vide Purgatio. §. 1.
Si ē hſtic⁹ vel fautoꝛ hereticoꝝ. vide Here
ticus in p̄ncipio. ⁊ per totum.
Si fuit dubi⁹ ī fide. vide Hereticus in pri.
⁊ Infidelitas. §. 10.
Si apoſtatauit a fide. viꝺ Apoſtata ī prin.
Si fecit actū īfiꝺlitatꝭ tioꝛe moꝛť. ibiꝺ. §. pe.
Si poꝛtauit veſtes īfideliū. ibidē. §. vltimo.
Si nimiā p̄aticā hꝫ cū iuꝺis. viꝺ iuꝺ⁹. §. 1.
Si balneū īrauit cū iuꝺiſ. viꝺ Balneū. §. 3.

Circa ſꝫ ꝓceptum. Nō aſſumes nomē ⁊c̄.
quomodo ītelligaſ habes Preceptū. §. 4.
ex c⁹ expoſitōe ſic formabis īterrogatōes.
Si vota facta non impleuit vľ deliberauit ñ
implere cum poſſet: ⁊ teneretur peccauit
moꝛtaliter. ⁊ quando teneaſ vel non. vide
Uotum p̄io ꝑ totū. ⁊ Uotū. 3. per totum.
Si aſſenſit impedimento nō implendi vo
tum. vide Uotum. 2. §. 12.
Si facta vota ſine determinatione tp̄is. ni
mis tardauit. Uotum. 3. §. 2.
Si in cāu qñ obligatur ad vota parentum
non ea impleuit. ⁊ qñ ſit. vide Uotuꝫ. 3. §. 8.
Si īpetrauit diſpenſatōem voti ſine cā legi
tima. vide Uotum. 4. §. 10. ⁊. 11.
Si fecit votū ſciens ꝙ vouere ñ poterat. vt
de Uotū. 2. §. 9. ⁊ qui ñ poſſunt. hēs ibideꝫ.
Si fecit votū de re mala fienda que ſit moꝛ
tale peccatū peccauit moꝛtaliter vouendo.
⁊ tenetur facere contrarium. ſecus eſſet de
re peccati venialis. ⁊ qūo non obligat. viꝺ
Uotū. 1. §. 5. ⁊ fac ad h qꝺ nō. i. c. ꝑuſtū. §. 1.
Si fecit votum de re bona ſed ꝑꝑ maluꝫ fi
nem. vide Uotum. 1. §. 3.
Si apoſtatauit ab aliqua religione vel oꝛdi
ne. vide Apoſtaſia. §. 2. ⁊ per totum.
Si blaſſemauit deū vel ſanctos. vide Blaſ
ſemia. ⁊ quot mōis blaſſematur ibidem.
Si maledixit deum vel ſanctos. vide Ma
ledictio. §. 1.
Si nominauit deuꝫ vel ſanctos obꝓbꝛio
ſe vel ꝑ mēbꝛa verecūda aduertēter. pecca
uit moꝛtaliter etiam ſi fecit ex ioco. quia cō
tra ꝓceptum p̄dictum directe.
Si ſacramentis eccleſie fecit aliqꝺ enoꝛme
puta cōculcando vel huiuſmodi: quia mō
tale ē contra preceptum predictum.
Si ſacramenta recepit vel adminiſtrauit ī
peccato moꝛtali. moꝛtale peccatuꝫ ē niſi in
cāu. de quo Baptiſmus. 5. §. 14.
Si iurauit falſum qꝺ credebat veruꝫ. vide
Periurium in prin.
Si iurauit veꝝ cū tñ credēt dicē fłm. ibidē.
Si iurauit ſꝫ ſciēs ſe ſeruaturuꝫ iuraſ. ibidē.
Si iurauit aliqꝺ maluꝫ ſe facturꝝ. ibidē. §. 1.
⁊ Iuramentum. 3. §. 7.
Si iurauit in cōi ſermōe ſine debita diſcre
tione. ibidem. §. 2. ⁊ Iuramentū. §. 10.
Si iuramento affirmauit id de quo dubita
bat. vide Periurium. §. 3.
Si iurauit per verbum. credo qꝺ tñ nō cre
debat. ibidem. §. 4.
Si credidit contrauenire iuramento cū tñ
non contrafaceret ibidem. §. 5.
Si iurauit ex metu falſum. ibidem. §. 7.
Si induxit aliquem ad iurandū quem ſcie
bat falſe iuraturū. vide Iuramentū. 3. §. 11.
Si iurauit vituperoſe per deum vel ſanc
tos. ibidem. §. 12.
Si iurauit non ſm intentiōem dantis iura

mentum. vide iuramentũ. 4. in prin.
Si non compleuit qđ ſub iuramento pro miſit in caſu quo tenebatur. ⁊ qñ hoc ſit hñs iuramentum. 5. per totum. ⁊ quomodo eſt mortale peccatum non implere qđ iuramẽ to promiſit habes Periurium. §. i.
Si fecit ſe abſolui a iuramento ſine cã legi tima. vide Juramentum. 6. per totum. ⁊ de cã litia. q̃ ſit ⁊ qs poteſt abſoluẽ a iuramẽto.
Si qñ tenebaẽ orare voluntate ſe occupauit in hijs q̃ diſtrahunt mẽtez. vide Hore. §. 26
Si ſimulauit ſãctitatem quã nõ hñbat. vide Simulatio. §. vltimo.
Si adiurauit homines: vel demones aut alias creaturas. vide Adiuratio. per totũ.
Circa tertium preceptum Sabbata ſancti fices. eius expoſitiõez. habes. ſ. Preceptũ §. 5. ex cuius declaratione ſic ſunt formãde interrogationes.
Si exiſtens corpore ſanus ⁊ non occupatꝰ in ſpiritualibus bonis ſtetit ocioſus. nec ali quid operatur tempore non feſtiuo. vnde viuat: vel vnde tribuat egentibus: quia ma gnus exceſſus otioſitatis videtur mortale peccatum. de quo vide Preceptũ. §. 5.
Si in diebus feſtiuis de p̃cepto non habuit attritionem de peccatis mortalibus commiſ ſis. de qbus ñ fuit ↄtritꝰ. vide Ferie. §. 41.
Si vacauit ludis aut choreis. de quo vide Chorea per totũ. ⁊ Ludus per totum.
Si non vacauit deo in dictis feſtis ſaltem in aliqua hora. quia mortale vt ferie. §. 9.
Si fecit haſtiludia quia ſunt prohibita qui buſcunq̃ diebus ſicut torneamenta ſecun dum Ricar. in. 3. di. 37. ex conſimili ratiõe. vt in. c. i. de tornea.
Si fecit opus manuale vel fecit fieri in pre dictis feſtis in caſibus non conceſſis. vide Ferie. que opera licent ⁊ que non ⁊ que ſit feſta precepta ⁊ quãdo ẽ mortale opus ſer uile in die feſto ⁊ quando incipit feſtum. vide ibidem per totum.
Si audiuit miſſam integrã in predictis die bus. vide ibidem. §. 42.
Si exiſtẽs i miſſa occupauit ſe i vanis. viđ Hora. §. 26. ⁊ Ferie. §. 43.
Si audiẽs miſſam i predictis diebus dixit oratiões q̃s tenebaẽ dicere ex voto vel pnia aut rõe ordis. vide Ferie. §. 46.
Si audire p̃dicatiõez ↄtempſit in feſtis. viđ ibidem. §. 44.
Si non fecit oblationem in miſſa ad quam tenebatur. vide Oblatio. §. i.
Si in diebus feſtiuis de precepto cõiſit ali qua peccata mortalia. vide in. d. §. 5. ⁊ Ferie §. 36. Et qꝛ difficile ẽ ſcire dic ...ũ multis ſe. commiſit in feſtis. ⁊ interrogarẽ vt ſup̃ libet peccato ſi illud cõmiſit i feſto ẽ difficile. po tes ſine alio ſcrupulo peccatorẽ interroga re ſic. peccaſti mortaliter i feſtis. ⁊ ſi dicit ꝙ ſic iterroga ꝯo i quot feſtiuitatibus. Et ſi ne ſcit interroga eum ſi quaſi in omnibus vel i maiori parte ipaꝝ vel in minori. Et tertio interroga ſi i eodẽ feſto aliqñ bis vł ſepties ⁊ ſepius. ⁊ ſic ſufficit quo ad iſtã circũſtan tiã abſq̃ hoc ꝙ exprimat ſpẽm peccati ꝙ cõiſit vel abſq̃ hoc ꝙ in quolibet peccato qđ ↄfitetur iñroges ſi fecit i feſto qđ bñ nõ.
Circa. 4. p̃ceptum. honora patrem ⁊ c. cuiꝰ expoſitio habetur p̃ceptum. §. 8. ⁊ ex qua i terroga. vt infra.
Si non dilexit pãem ł mřez. viđ Filiꝰ. §. 30.
Si non oſtendit eis ſigna dilectiõis ſed du re ſe habet cum eis. ibidem.
Si dixit eis verba iniurioſa vel verbera uit qꝛ videtur mortale per dcã. i. d. §. 30.
Si ñ obediuit eis. vide ibidem.
Si ñ ſubuenit eis idigẽtibꝰ. ibidem.
Si non ſeruiuit in infirmitatibus eorum vel fecit ſeruiri. ibidem.
Si maledixit eis. viđ maledictio. §. i.
Si non fuit executus eoꝝ voluntates ſeu le gata facta poſt eoꝝ mortem. vide Executõ §. 23. ⁊. 24. ⁊ Heres. §. 5 vſq̃ ad. §. 12. ⁊ lega ti. i. ⁊. 2. p totum.
Circa. 5. preceptũ. Non occides. vide Pre ceptum. §. 9. ex quo ſic interroga.
Si habuit aĩum offendendi ꝓximũ in per ſona vulnerãdo. mutilãdo. occidẽdo. ⁊ hꝰ modi. vide in. d. §. 9.
Si vulnerauit ł occidit aliquẽ. vide ibidẽ.
Si cõiſit hõicidiũ ſpũale. ſ. iducẽdo aliquẽ ad peccatũ mortale vel alijs modis de qui bus habes Homicidiũ. 4. per totum.
Si ꝓcurauit aborſuz alicuius mulieris. vide Aborſum p totum.
Si incarcerari fecit aliquez indebite. vide Carcer. §. i. 2. ⁊. 3.
Si pueros tenellos tenuit iuxta ſe i lecto ⁊ ſuffocauit dormiendo. vide Homicidiũ. 2. §. 15.
De multis modis quibus fit hõicidiũ ⁊ cũ pcõ mortali hẽs hõicidiũ. i. 2. ⁊. 3. p totũ.
blicum remitti nõ põt.ad h.l.ius publicuz:
ff.de pac.Aut lex ſeu ſtatutũ non ẽ fundatũ
i bonis moribus naturalibus.nec ſuper bo
no publico pricipalr̃.ſed in odiũ aliquoꝝ.
τ ſic tenet iuramentum qñ põt ſine diſpen
dio ſalutis impleri.licet nõ ſine diſpendio
rerũ tpalium.vt in.d.c.ſignificante.τ in.c.
debitores.de iureiu.Idem dicendũ qñ lex
pricipaliter ẽ fundata ſuper fauore priuato
lꝫ cõſequenter τ ſecundario ſuper publica
vtilitate ꝙ iuramentum ligat. Et iſte ẽ cãus
proprie.c.2.de pac.li.6.τ h qñ ñ continet a
liquã turpitudinem ɔ̄ bonos mores natura
les:nec ex parte iurantis.nec ex parte mate
rie ſuper qua preſtatur:nec contra bonum
publicum principaliter. Et ratio quare
teneat iuramentũ.in iſtis duobus caſibus ẽ
qr iurãdo nõ peccauit qr talis lex potius ẽ
priuilegiatiua q̃ȝ preceptiua.τ iõ eius ɔ̄riũ
nõ ẽ in diſpendiũ ſalutis eterne:ſed ſolũ re
rũ tpaliũ.Aut ſi peccauit tranſgrediẽdo.tñ
põt ſeruare ſine peccato.τ iõ tꝫ iuramẽtum
c.τ ſi xp̄s.de iureiu.uicto.§.illicitũ.22.q.4.
ſecus aũt eſſet qñ ẽ contra bonos mores nã
les vel contra ius publicũ principaliter: qr
ſine peccato ſeruari non poteſt.
14 Utrũ talis ɔtractus factus ɔtra legeꝫ vel
ſtatutũ principaliter fundatũ ſup fauore vel
odio priuato.ita firmet iuramẽto ꝙ ẽt here
des obligẽtur.R.ſm Pa.in.d.c.cũ ɔtingat
ꝙ cõis opinio ẽ ꝙ ſic:qr iuramẽtũ ɔfirma
torũ validat actũ inualidũ τ ex eo oritur ac
tio.vt i aũt.ſacra pubeꝝ.C.ſi aduerſus vẽ.
limita niſi dolo vi vel metu ſit iuramẽtũ ex
tortũ.vt in.c.ɔtingit.eo.ti.τ.c.lꝫ.eo.li.6.τ i
c.2.de pac.li.6.τ dicta aũt.ſacra pubeꝝ. ſe-
cus eſſet in iuramẽto itroductorio obligatõ
nis.puta.iuro tibi dare centũ nulla cã prece
dẽte.qr iſte nõ ẽ modus inducẽde obligatõ
nis niſi in liberto.vt in.l. vt iuſ.iurandi in
prin.ff.de ope.lib.τ.l.fi.ff.de lib.cã.τ ibi.
Guil.de cu.τ Bar.in.l.iuſiurãdũ la.2.ff.ð
iureiu.τ iõ non ligaret heredes de iure ci
uili ſꝫ de iure canonico ſi fuit in culpa non i
plendi.τ iuramentũ erat ſimplex.puta.iura
uit dare.x.τ penituit ð peccatis ſuis credo
ꝙ teneat̃ p id quod dixi ſupra Heres.§.5.
15 Sed qd ſi in predicta.l.vel ſtatuto funda
to ſup bono priuato vel odio dicatur nõ va
lere ɔtractũ nunqd valebit ſi iuramẽtũ iter
ponatur.R.ꝙ ſic.Facit qᷓ nõ.Inno.in.c.2.
de regula.vbi dicit ꝙ in iſtis ſpũalibus ius
naturale prefertur iuri poſitiuo.
16 Quid ſi addatur ſtatuto ꝙ ſi ſeruata non
fuit ſolẽnitas debita preſumit dolũ vel aliã
illicitam cãm.R.ꝙ ſi conſtat ɔtractum eſſe
verum τ non ficticiũ aut doloſum quo ad
ipſum minorẽ τ huiuſmodi pro quo fit ſic
iuramentũ ligat tã in foro aĩe vbi creditur ꝓ
ſe τ contra ſe.vt in.c.ſignificaſti.el prio de
homi.τ nõ.in cle.1.de pẽis.q̃ȝ ẽt in foro ɔtẽ
tioſo qr ceſſat rõ ſtatuti.Si võ fuerit dolus
vel fraus tunc ſi ſtatuto ſuberat cã preſumẽ
di dolũ.vt qr cõuer in loco decipiebãtur do
loſe minores tũc ſaluabitur opinio Bal.τ
Bar.τ alioꝝ q tenẽt iuramentũ non valere
qr ñ tollit preſumptionẽ ſtatuti legitime in
ductã.ſecus eſſet ſi ſtatuto nõ ſuberat cã pre
ſumẽdi fraudẽ qr tũc ligat iuramentum.
17 Sed q̃ro ep̄s ſtatuit ꝙ quilibet clericus ab
ſens reuertat̃.ſ.certũ diez ſub pena excõica
tionis:clericus de lĩa ep̄i iuerat ad ſtudiuz
τ iurauerat creditori ſuo nõ recedere ante
eius ſolutõem:queritur an obliget iuramẽ
tũ vel preceptũ prelati ſeu legis.τ vꝫ ꝙ iu
ramentũ ſit nullũ qr ɔ̄ obiam ſuperioris ñ
põt ſeruari ſine interitu ſalutis.d.c.cũ ɔtin-
gat.τ.c.2.de pac.li.6.ſꝫ Pa.in. c.veniẽtes
de iureiur.dicit.τ ẽ dictũ Io.an. in mercu
rialib⁹ in ŕa in malis ꝓmiſſis li.6.ꝙ ex quo
cũ lĩa ep̄i fuit in ſtudio τ ꝓ neceſſitate ſtu-
dij contraxit debitum videtur ſe obligaſſe
cũ lĩa ep̄i qr vno ɔceſſo ɔcedũtur oĩa ſine
qbus illud nõ hꝫ effectũ.c.preterea.τ.c.pru
dentiã.de of.dele.τ.l.ad rẽ mobilẽ.τ.l.ad
legatũ.ff.de procu.τ ſic nõ dꝫ recedere ſed
ſeruare iuramentũ.ſecus ſi ſine lĩa ep̄i vel
ñ pro neceſſitate ſtudij ſꝫ pro laſciuia qr tũc
iuramentũ nõ valꝫ ɔ̄ obiam ſuꝑioris. Idẽ
dico in pr̃e reuocãte filiũ q predicto mõ iu
rauerat.τ idẽ de quolibet ſubdito τ facit ꝓ
mercatoribus qui ɔtra ꝓhibitõem ſuorum
dñoꝝ vadunt ad certa loca ꝓhibita ſm qᷓ
prohibere pñt.vt in.l.relegatoꝝ.ff.de inter
di.τ re.τ qᷓ ibi nõ.qr nõ poterunt ſe obli-
gare ad ibi ſtandũ niſi ſuperiores tacite vel
expreſſe conſentiant.
17 Non obligat iuramẽtũ qñ iuramentũ 18
põitur ſup ɔtractu ſimulato.ſꝫ diſtigue ſm
Pa.in.d.c.cũ ɔtingat:ꝙ aut ſimulatio ẽ de
ɔſenſu vtriuſq̧ ptis tã ſup ɔtractu q̃ȝ ſup iu
ramento τ tũc ſi ex iuſta cã:puta iuſto timo
re:vel qr indigebat mutuo ɔcepit pignus in
forma vẽditionis vt creditor lucraretur fru
ctus.τ ſic nõ obligat iuramẽtũ qr defuit cõ
ſenſus τ fuit iuſta cã ſimulandi ad hoc.c.1.
ꝙ metus cã.τ.l.fi.C.de nõ nu.pe.Si vero
ex iniuſta cã fit.puta.cã fraudandi gabellas
vel aliter ad deceptionẽ proximi ſimulauit
vnũ ɔtractũ eẽ aliũ.τ iurauit ſingula ɔtẽta i
inſtrumẽto vera tũc eo ipſo ẽ piur⁹ qr ſimu
latio intentõis ex iniuſta cã nõ excuſat.vt nõ
in.c.interrogaſti.27.di.ſicut ille qui prece ꝟ
pretio depoſuit falſũ.c.1.de cri.fal.τ volẽs
ɔtrauenire ñ dꝫ audiri:ſꝫ ſi iuraſſet ſoluꝫ nõ
contrauenire illi contractui.quẽ ſimulabat
in deceptionem proximi.licet grauiter pec
cauerit iurando in damnum proximi tamẽ
non obligatur quia defuit conſenſus. vnde
reſpectu dei non exigitur abſolutio a iura-
mento.ar.c.tua.de ſpõ.ſed in foro ɔtẽtioſo
compellitur obſeruare nec auditur volens
allegare turpitudinem ſuam τ hoc verum
inquantum eſt ſolum in preiudicium ſu-
um τ non imminet periculum anime.Aut
ſimulatio ſolum erat ſuper contractu. ex

parte vtriuſq; ſed iuramentum interuenit ne agat ꝯ tacite vel expreſſe ꝛ hoc ne ꝯtractus feneraticius detegeretur: ꝛ tunc iuramentū obligat ꝛ ꝑinde ē ac ſi iuraſſet ſoluere vſuras. Facit qđ nõ. Cy. in. l. ſi ex cautione. C. đ nu. pe. vbi ꝯcludit ꝙ iurãs nõ opponere exceptionē de non nu. pe. obligatur lꝫ ſimplex renunciatio nõ valeret. In foro tamē aīe ſi nõ habuit intentõem obligãdi ſe nõ tenetur. vt dixi. ē. Similiter ſi ꝯtractus ſimulatus non põt ſeruari ſine peccato vt ꝯtractus ſimoniacus. lꝫ ꝯcipiatur ſub alio cõtractu qꝛ tunc iurans ſciēter peccat mortaliter. ꝛ tenetur nõ ſeruare. 22. q. 4. per totum. Aut ſimulatio fuit ex pte iurantis tñ ſuper contractum ſolū ab eo ſimulato. vt qꝛ aliud gerebat in corde: aliud in verbis: vel vſus eſt verbis duplicibus calide iurando. ꝛ tunc ſm Pa. in. d. c. cum ꝯtingat intelligitur ſecundū intentionem recipientis. ꝛ ſic deus videtur recipere. 22. q. 5. quacunq;. ꝛ. §. ex his oībus. ꝛ ſic ligat iuramentum ſecundū diſtinctõēꝫ de qua. ē. Iuramentū. 4. in prin.

29 Sed quod remediū erit qñ iuramentū interuenit ne in ꝯtractu ſimulato vſure petātur ex quo iurauit non agere ꝯtra tacite vel expreſſe. R. ꝙ ad verba iuramenti ē recurrēdū ꝙ ſi verba excludunt actū ꝛ exceptionē tacite vel expreſſe tunc denunciet eccleſie q̄ poterit eū abſoluere. d. c. quemadmodū ꝙ ſi iurauit nõ denūciare non valet iuramētū vt dictū ē. intelligo quãdo pricipaliter facit ex zelo ſalutis proximi: lꝫ ſecundario ꝑꝑ ſuam vtilitatē. qꝛ ſi principaliter facerꝫ propter ſuam vtilitatem nõ credo tutus ſit in conſcientia ex quo iurauit non denūciare: ꝛ ſic intelligo ꝛ limito. c. primū. ꝛ. c. debitores de iureiuran.

30 Non obligat iuramentum ratione īpoſſibilitatis vel neceſſitatis. aut magne difficultatis poſt venientis. Nam de impoſſibilitate dicitur. impoſſibilium nulla eſt obligatio ff. de reg. iur. de neceſſitate ꝛ magna difficultate dicunt doc. in. c. querellam de iureiu. ꝛ in. c. breui eo ꝙ excuſet a periurio ratio qꝛ deus reſpicit animum non manum. 14. q. 5. ſi quid inueniſti. ꝛ facit. l. ſi ff. qui ſatiſda. cogun. vnde dicit Inno. in. c. venerabilem de elect. ꝙ vrgente neceſſitate poteſt quis propria auctoritate frangere iuramentum ſi nõ poteſt haberi ſuperior a quo petatur abſolutio. xi. q. 3. anteceſſor.

31 Sed quid ſi tpe iuramenti credebat ſe nõ poſſe implere vel nõ habebat ꝓbabilē cāꝫ credendi ꝙ poſſet facere. R. Hoſt. ꝙ peccauit mortaliter peccando qꝛ defuit in ꝓlo veritas. in ſo iudiciū. ꝛ ſic ē periurus. ſecus ſi ꝓbabiliter credidit poſſe facere.

19. Nõ ē obligatoriū iuramentū quando quis nõ habuit aīum obligandi ſe cū iurauit. puta qs ex dolo inductus iurauit ꝙ alio nõ iuraſſet niſi dolus fuiſſet: ēt ſi dolus vēit re ipſa qꝛ non tenꝫ. facit. l. tres fratres. ff. de pac. ꝛ. l. ſi ſoror. C. de colla. ꝛ Fede. ꝯſi. 195. vbi determinat filiā minorē ſeductā a fratribus que renūciauit bonis paternis: credēs quod non valeant multo plus quam doo ſua. ꝙ non valet: qñ multo plus valēt qꝛ vbi dolus ē ibi excluditur voluntas. l. i. ff. de dolo tenet ſanctus Bona. vbi. ē. q. 3. ar. i. ꝙ vniuerſaliter non obligat iuramentū ſi aīuꝫ obligandi non habuit: dꝫ tñ indēnitati ꝓximi ſatiſfacere ſi doloſe decepit eum ſm Ricar. eadem di. ar. i. q. 2. ꝛ an peccet mortaliter iurando dic. vt. ē. §. 9. facit. c. veniens eo. ꝛ c. quintaualis ibidem. 32

20 Nõ obligat qñ iuramentū ꝯmutatur ī melius. vt in. c. ꝑuenit. el. 2. đ iureiur. ſꝫ hoc hꝫ duas limitatões. primā ꝙ hoc eſt verum qñ vtrūq; nõ põt impleri ſm dñm Ant. i. d. c. ꝑuenit. Nā tunc qñ iuratū ē īpeditiuū vel turbatiuū maioris boni lꝫ ſit tutū hr̃e licētiā a ſuperiore tñ nõ ē neceſſaria: qꝛ põt ꝯueniſ re iuramento allegat. c. cõmiſſum de ſpõ. ꝛ c. lꝫ de reglã allego. c. ſcripture de voto vbi hoc tenet Inno. aperte facit glo. in. c. mõachus. 20. q. 4. ꝛ. 33. q. 5. noluit. ſecus eſſet ſi bonum iuratum non eſſet impeditiuū maioris boni. ſed vtrūq; poſſet fieri qꝛ ſine auctoritate ſuperioris nõ poſſet ꝯuenire iuramēto licet eps poſſet diſpenſare vt cõtraueniat ratione maioris boni ſm Inno. in. c. đ bitores eo. ti. Similiter dic ſi eſſet dubium an eſſet maius bonū neceſſario requiri diſpenſationē epi. ar. c. i. de voto. ſa limitatio ē ꝙ vera ē dicta regula qñ iuramentū nõ ꝯcernit propriā vtilitatem alicuius. qꝛ ſi concerneret non eſſet vera ēt ſi vnuꝫ ſit totaliter impeditiuū alterius nec prodeſt in hoc auctoritas ſuperioris. Facit qđ nõ. i. c. ꝗſto. eo. ti. ꝛ in. c. cū inter pe. de renun. ꝛ Io. an. in mercurialibus in regula in malis de regu. iur. li. 6. Nam debitor qui iurauit vnam reꝫ dare non poteſt dare melioreꝫ aliam pro illa inuito creditoř. l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pe. ꝛ Inſti. qui. mo. tol. oblig. in prin. niſi velit in ꝓpriam religionis obſeruantiam commutare ꝛ vnum eſt impeditiuum alterius. ꝛ hoc placet fauore religionis ꝛ etiam ſequitur Pa. in. d. c. peruenit. 33

34 21 Non obligat iuramentum ſecundum aliquos quando id qđ iuratur conſiſtit in facto vt teneatur preciſe ad factum. ratio quia ſecundum aliquos de iure ciuili obligatus ad factum ſufficit ſi ſoluat intereſſe. vt in. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obli. ꝛ in. l. ſi quis ab alio in fi. ff. de re iudi. quia ſecundum communiter doc. tenet vel ad factum vel ad intereſſe ꝛ non preciſe ad factum. vt nõ Bar. in. d. l. ſtipulatio nes. ſed ego dico ꝯtrarium. ſ. ꝙ preciſe teneatur ad factum de iure diuino ꝛ canonico. ꝛ hoc intellige ſi põt impleri ꝛ non ſit contra bonos mores ꝛ aliqđ predictorū ī quo non obligat iuramentū ꝛ probatur h per. c. primū. ꝛ. c. qualiter. de pac. ꝛ. c. iuramenti. 22. q. 5. Facit. c. licet de voto. ꝛ. c. ex litteris. 2. de ſpon. ꝛ. c. nouit de iudi. ꝛ dictum c. ſi xp̃s. ꝛ hoc videtur ſenſiſſe Bar. c. vbi ſupra qui vult ꝙ vbi obligatio deſcēdit a lege ꝯpellit qs preciſe ad factū. ar. in. l. qui liberos. ff. de ritu nup. cū ſimilibus. Idem dicit ſi a teſtatore: niſi inducatur ſpēs ſeruitutis perſone. vt in. l. ticio. §. ticio. ꝛ. ff. de condi. ꝛ demon. hec regula eſſet vera quando quis promiſit factum alienum qꝛ non tenetur niſi facere quantum in eo ē bona fide. de ſpon. ex litteris. nec obſtat qđ dictum eſt ē. Iuramētum. 4. §. i. quia ibi non tenebatur preciſe ſtare ſententie ſed vel parere vel preſtare penam: ꝛ hoc etiam non haberet locum quando promittens preciſe ad ſententiam. vel põt dici ꝙ verum ē ꝙ ſufficit ꝓſtare intereſſe ſine periurio quando factum eſſet inutile parti ſi preſtaretur vel ē factum impoſſibile quia tunc non obligaret iuramentum ſuper tali facto preſtitum.

35 22 Non obligat quãdo quis iurauit ſeruare qđ non ē. puta. iurauit ſeruare ſtatuta. intelligitur de factis. ꝛ ſi addidit ꝙ per idem iuramentum preſtitum obſeruabit etiam que fient non obligatur ad illa que fient ratione iuramenti ita ꝙ ſit periurus: ſed bene ratione promiſſionis obligabitur. vt in. c. clericus. eo. ti. ſed iſte caſus non eſt ratione eius qđ non eſt. ſed quia ſeruare futura non iurauit ſed promiſit ſolum ꝑ iuramentum prius preſtitum non tamen tunc factum: ꝛ ideo ſi iuraret ſeruare etiam facienda teneretur. aliter eſſet periurus.

36 23 Non obligat iuramentum preſtitum circa ea que ſubduntur poteſtati alterius. puta. vxor que iurauit peregrinationem vel abſtinentiam: ſimiliter ſeruus. monachus ꝛ huiuſmodi. ꝛ ideo non poſſunt implere cū eis contradicitur a viro. domino. vel abbate. ꝛ de hoc dic. vt. ȷ. Votum ſecundo. facit qđ. ē. dixi. §. 22.

24 Non obligat iuramentum quando animo euadendi ſolum quis aliquid iurat. ꝙ metus cauſa ꝑlatum. 31. q. 2. Lotharius in fi. vnde qui iurauit redire ad carceres. ſi carcer eſt iniurioſus non tenetur redire. ꝙ metus cauſa. c. i. ſecus eſſet ſi non eſſet iniurioſus quia tenetur etiam ſi immineret periculum mortis. ſecundum glo. in Cle. paſtoralis. de re iudi. ꝛ Bar. in. l. relegati. ff. de penis. Et ideo iſtud eſt verum quando vult euadere illud qđ indebite ſuſtinet. ꝛ ſic vt euadat iurat non intendens ſe obligare ſecus eſſet ſi intendebat ſe obligare quãdo iurauit. quia tunc dic vt ſupra. §. 9. 37

25 Non obligat iuramentum quando iuramentum eſt conditionale vel propter cauſam quia niſi conditio extet vel cauſa non obligatur de condi. appo. c. verum. de iureiurando. c. peruenit el. 2. ꝛ hoc intellige qñ tota obligatio ponebatur in conditionis euentum. vel propter cauſam: alias teneretur. vnde iurans ire ad ſanctum Iacobum vt fratrem ſuum videat ꝛ peccata ſua redimat. licet frater ſuus deceſſerit tenetur nihilominus ire propter aliam cām. 38

26 Non obligat quando ſingulares firmant ſtatuta collegiȷ cum iuramento dictis ſtatutis ſublatis per ipſam vniuerſitatem. vt dicit Io. an. in. c. i. de his que fi. a ma. par. capi. quia non obligat niſi remanentibꝰ ſtatutis. vnde eis ſublatis per vniuerſitatem tollitur iuramenti vinculum: quaſi iuramētum liget ſingulos vbi ſingulares contraueniunt: ſecus ſi contraueniunt collegialiť tollendo ſtatutum Pa. vero in. c. dilecto. đ preben. diſtinguit ꝛ bene ꝙ aut ſingulares de collegio iurant vt ſingulares. ꝛ ſic ē vera opinio Io. an. Exemplum ſtatuto cauetur ꝙ nullus det vocem non matriculatus. Iurauerunt ſinguli ſeruare ſtatutum. Similiter ꝙ nullus vadat de nocte ſtatuit: iurant ſeruare ſtatutum certe quia hoc concernit obſeruantiam ſingulorum. ideo ſi collegium tollat ſtatutum non peccabunt contrauenientes quia iuramentum erat ſtatuto acceſſoriuꝫ ꝛ remoto principali remouetur ꝛ acceſſoriuꝫ. Si vero iuramentum aſtringit eos ad obſeruantiam vt collegialiter ſic ſine periurio non poſſunt contrauenire etiam collegialiter cauſa rationabili nõ ſubſiſtēte exēplū. vt i. d. c. dilecto. Maꝫ 39

canonici iurantes vt ĕt collegialr nõ recipi
ant q2 ñ ē dubiũ φ vt ſinguli ñ pñt eligẽ ca
nonicos. Paulus vero in Cle.i.de regula
dicit ſi iurant ſtatutũ ſeruare φ ſi collegialr
ↄueniunt nõ ſunt piuri: q2 tollunt ſtatutũ ꝛ
p ↄſequens iuramentũ. Si vero iurãt ſer-
uare ↄtenta in ſtatutis ſpãliter puta nõ ibo
de nocte ꝛ huiuſmodi nõ hito reſpectu ad
ſtatutum ſic ſunt piuri ſi ↄueniunt q̃liter cũ
q3. Aduerte tamẽ φ in caſu in quo nõ poſ
ſunt ↄtrauenire collegialiter d3 intelligi ni
ſi p cãm ↄcernẽtẽ fauorẽ publicũ q2 ſic poſ
ſent ↄtrauenire ñ obſtante iuramento: quia
iſtud intellr exceptu3. vt nõ. Pa.in.d.c.di
lecto. ꝛ ſecũdum predicta intellige glo.in
c.in his.ii.di.

40 Utꝝ ſucceſſores in aliquo collegio ł vni
uſitate i qua pdeceſſores fecerãt ſtatuta ꝛ iu
rauerant ea ſeruare teneãt ſub pena piurij
talia ſtatuta ſeruaꝛ. R. φ nõ q2 obligatio iu
ramẽti ē pſõalis ex pte iurãtis: nec extẽdit
ad ſucceſſores q̃tum ad piuriũ. licet teneã
tur ipm ſeruare. de ſolu.c.i.de vſuris.c.ma
de iureiu.c.veritatis. ſ3 ex pte eius cui iuraꝛ
trãſgredit pſonã. vnde ↄmittẽs obediam
prelato ꝛ ſucceſſoribus eius nõ teneꝛ iterũ
ↄmittere ſucceſſori: q2 ē ei obligatus ſicut
anteceſſori cui ↄmiſit. Fallit in liberto qui
teneꝛ ꝛ d3 ↄfeſſionẽ facere. ĵ. dnũ nouo pa
trono.12.q.2. ſepe ſit. nõ. Inno. ꝛ Ber.in
.d.c.veritatis.

41 .2. quãdo qs iurat incaute. ꝛ hoc pp ali
quã neceſſitate3 iplere nõ põt.25.di.§.alias
ea demũ exẽplũ pone de mr̃e que iurauit fi
liũ verberare ꝛ huiuſmodi mĩma q2 vide
tur ventale tale piuriũ ↄmiſſoriũ q2 nõ vꝛ
deus acceptare cũ maiori obligatõe q̃3 na
tura coꝝ importet. vt ibi p3.

42 Utꝝ i depẽdẽtibus ab aĩo alicuꝰ vł ↄſcia
ſit ſtandũ eius iuramẽto. R. Pa.i.c.vidua.ꝺ
regula φ ſic. vt eꝛ̃ de ſen.exco.c.ſi vero.el
2. de homi.ſignificaſti.ꝛ.c.vidua pdicto
qõ vꝛ ↄtrariũ. q2 intellr quãdo cẽta preſũp
tio extrinſeca ↄiectural aĩum: q2 tunc ñ ſtaꝛ
in pindicio alterius. alias ſic.

# Iuramentum vi

quo ad abſolutõe3 quis põt abſol
uere a iuramẽto licito tam ex pte iurantis q̃3
recipiẽtis. R. Pa.in.c.q̃to.de iureiu. Aut
iuramentu3 fuit preſtitu3 i mã ſpectãte prin
cipalr ad papã. vt puta cũ cãonici iuraneꝛt
nõ recipe vltra talẽ nũeꝝ aliquẽ i cãonicũ
ꝛ huiuſmõi: ꝛ ſic papa põt ĕt ſine cã abſol
uere q2 i tali iuramẽto intellr excepta aucto
ritas pape. vt i.c.veniẽtes eo.ti. Et hoc vo
luit Hoſti.i.d.c.q̃to. Aut fuit preſtitũ in
alia mã. ꝛ tunc aut ē ad honorẽ dei pricipa
liter. ꝛ ſic ſine cã nullus põt abſoluere niſi
ſolus deus. ꝛ ſic intellige Io.an.poſt Uin.
in.c.2.de ſpõ. Nã papa nõ põt remittere ſi
ne cã obligatõe3 deo q̃ſitã.2.q.4.ſi manet.
23.q.4.ſi is qui. Ex quo inferꝛ φ ſicut papa
ñ põt aliũ abſoluere i hoc cãu ſic nulloniꝰ
nus ſeipm.c.ſi.de iſti.ꝛ.c.p vꝛas.de iurpa.
Aut ſubeſt iuſta cã ſic iã papa põt q̃3 epus.
ꝛ φ eps poſſit. nõ. Inno.in.c.debitores.ꝺ
iureiu. Et iõ ſubſiſtẽte iuſta cã poterit epus
ↄmutare ꝛ iterpretari ẜm.d. Anto.in.d.c.
q̃to. ꝛ Spe.in ti.de legato quãdo.ſ.dubi
tatur de eius validitate ꝛ alijs dubijs. ꝛ ĕt
abſoluere ẜm Inno. quem ſequitur Pa.in
c.cũ ↄtingat eo.ti. ſ3 ē dr̃ia inter papã ꝛ ep3
q2 eps ñ põt niſi reſpectu ſue dioceſis papa
ꝟo reſpectu totꝰ orbis vel reſpectu magna
ru3 pſonaꝝ aut magni dubij ē requirẽdus.
ꝛ ſic põt itelligi.c.venerabilẽ. de elec.ar.ç.
ſi vero cũ ſilibus eo.ti. Alius ăt citra epum
vel qui ñ h3 epalẽ iuriſdĩtiõe3 nõ põt abſol
uere in iuramento ſicut nec i voto diſpenſa
re. vt nõ.in.c.i.de voto. Sed q̃ ē cauſa legi
tia abſoluẽdi a iuramẽto pſtito i mã ſpectãte
ad honorẽ dei. R. φ pp ſcãdalũ euitãdum.
vt nõ. i glo.i.d.c.q̃to. ꝛ Inno.in.d.c.vene
rabilem. vel maior vtilitas. vt nõ. Inno.in
dicto.c.debitores. ꝛ ē tex.i.c.pueniſt.el.2.eo
vel ſubeſt alia iuſta cã. de quibꝰ.15.q.6.nos
ſcõꝝ. ꝛ.c.auctem. Et credo φ hoc ſit relin
quẽ arbitrio ipoꝝ. vt ex predictis colligãt
qũo i alijs debeãt iudicare. Si ꝟo materia
i qua ē preſtitũ ñ pertiet ad papã nec ad ho
norẽ dei ſic papa põt ex cã abſoluere. vt in
c.quãto.de iureiu. ꝛ i.c.2.de voto. alias nõ
reſpectu laicoꝝ ſibi i tpalibus nõ ſubditoꝝ
vt in Cle.paſtoralis.de re iudi. ꝛ qõ nõ. in
c.que in eccleſiaꝝ.de ↄſti. ꝛ i.l.fi.C. ſi ↄtra
ius vel vtl.pu. Facit qõ nõ ĵ. Obia.§.2. Si
militer dic φ põt eps ex cã litia abſoluere a
iuramento licito. ꝛ dꝛ cã litia quando ineſt
turpitudo ex pte recipiẽtis. vnde dicit Pa.
in.c.i.de iureiu. φ ſi notorie ↄſtat de turpi.
receptõe poterit epus abſq3 hoc φ citet vel
rogat ſuſcipiẽtẽ relaxare ꝛ abſoluere. puta
cũ quis ex metu exegit iuramentũ ſup eo
de quo alias de iure nõ tenetur vt exempli
ficat Idem Pa.in.c.ad noſtram.el.3.eo
dem ti.

Utrum in omnibus predictis in quibꝰ di
xi iuramentũ nõ obligare poſſit quis ↄpa
auctoritate cõtrauenirꝛ. R. vt colligo ex In
no.in.c.cũ q̃dã.de iure iur. φ qñ eſt dubiũ
an ſit obligatoriu3. tunc nemo preter aucto
ritatem ſupioris poteſt contrauenirꝛ. nec iu
dex ſecularis in caſu in quo eſt dubium in
ter doc. an ſit obligatorium vel ne poteſt ſe
intromittere ſed remittere ad iudice3 eccla
ſticum. Ita nõ. Pa.in.d.c. cum contingat.
Qñ vero non eſt dubium de iuramenti ob
ligatione tunc ſi poteſt ſeruari abſq3 diſpẽ
dio ſalutis d3 abſolutio peti pp reuerentiã
ſacramenti. Si vero ſit in diſpendium ſalu
tis. tunc põt homo ↄpria auctoritate ↄue
nire. Et nota hic φ in diſpẽdium ſalutis dꝛ
omne illud quod caritati dei derogat: vel
eius pfectioni: vel diſponentibus ad eam.
Uidetur tñ Pa.in.c.cum q̃da3. de iuꝛ iuꝛ.
tenere non eẽ neceſſariam abſolutione3 ſu
pioris ĕt qñ poteſt ſeruari ſine interitu ſalu
tis. niſi ſolum ne notetur de tranſgreſſione
iuramenti. hoc eſt dicere pp ſcandalum. ꝛ
ſic credo qñ.ſ. eſt clarum φ non obliget iu
ramentum. quod nota.

2 Utrũ iuramentum quod ↄcernit fauorem
iurantiũ tñ ſit remiſſibile p eos q iurarunt
R. Io.An.in.c.2.de ſpon. ꝛ Io. de ligna.i
Cle.i.de vſuris. φ ſic. ꝛ facit.d.c.2. Secus
ſi concerneret cultum dei. vel religionem.
vel pietatem. puta. iurarunt duo ſibi inuicẽ
φ religionem intrabunt φ dicent duo pſal
teria. vel φ de lucro eorum dabunt certam
partem pauperibus ꝛ huiuſmõi. q2 non
poſſunt ſibi remittere. Similiter non poſ
ſunt ſi ſibi iurarunt id ad quod tenebantur
puta. φ non facient furtum φ mercatores
non falſificabunt merceſ ꝛ huiuſmodi. Si
militer ĕt non poſſunt remittere quando
iurant ſuper aliquo faciendo vel non faciẽ
do quod non pertinet ad eum cui iuratur
ſed ſimpliciter. puta. iuro tibi φ non nego
ciabor. vel non faciam talem artem ſi tamẽ
tale iuramentum reſpiceret incõmodũ alte
rius. puta. communitatis vel aliorum. non va
leret. vt dictum eſt. Similiter non tenereꝛ
qñ iurando de aliquo faciẽdo ł nõ faciẽdo
intendebat ſi ille cui iurabat. ſimiliter face
ret. q2 ſic ſi ille nõ ſeruat nec iſte tenetur. Fa
cit qõ nõ. Ho. Inno. ꝛ Ber.i.c. pueniſt.el
1. ꝛ facit.c.ſicut.el.3.de iure iuꝛ.

3 Utꝝ vniuerſitas q̃ iurat aliq̃d ẜuare vł fa
cere vel non facere teneatur qñ maior parſ
facit ↄ. R. Rodo. φ ſi qñ iurarunt hẽbant
aliquam conditõem in mente ẜm illa3 dñt
ſeruare. puta. ſi alij oẽs vel maior pars ſer
uabit ꝛ ego. Si vero nullam conditionem
hẽbat. ſ3 dubitatur an fuerit ſimplex. vel ſꝰ
aliqua conditione. tunc ſi iuramentu3 ſpec
tet tñ ad cõmodũ iurantium ꝛ medietas ł
maior pars ſeruat ꝛ hoc vergat in damnũ
ſeruantiũ ꝛ lucrum non ſeruantiũ benigne
interpretandum eſt φ aliquibus non ſeruã
tibus alij non tenentur ſeruare. Si vero nł
lum incõmodũ patiuntur ſeruantes non. ē
tutum contrauenire ſed denuncietur prela
to. vt vel cogat ſeruare vel ſibi inuicem re
mittere. Si vero concerneret cõmodum a
lioꝝ a iurantibus non poſſet nec ſibi remit
tere nec alijs non ſeruantibus non ſeruare
ſine piurio ſi ſimpliciter iuraret. Et ſi du-
bitant an ſimpliciter iuraret vel ſub con-
ditione dimittant incertum. ſ. non ſeruãdo
ꝛ ſeruent quod eſt certum.

Utrum licite quis poſſit petere abſolutõ 4
nem a iuramento in caſibus vbi t3. R. ẜm
Pa.in.c.quanto.eo.ti. φ aut iuramentum
continet turpitudinẽ ex pte ſuſcipientis. ꝛ
maxime concurrẽte materia turpi ſup qua
pſatur ſed ex pte iurantis nullũ iminet pec
catũ ſic põt peti abſolutio. non obſtãte ↄdi
tione aduerſarij. Caſus eſt in.d.c.debitões
ex quo p3 φ ſiliuſfa. qui cum iuramento re
nunciauit macedoniano. põt petere abſolu
tionem in terris. vbi coiter hodie filij non i
ducuntur ad tantum malum. ꝛ hoc eſt tutiꝰ
ẜm do. An.in.d.c.quanto. ꝛ placet Pa. q̃3
uis poſſet de ſubtilitate iuris dici φ non t3
iuramentũ ſi bene ponderetur. l.i.ff. ad ma
cedo. q2 emanauit ad ↄpẽſcendu3 libidinẽ
peccantium. ꝛ ſic pp bonu3 publicũ corpo
ris ꝛ anime contra quod iuramentum nul
lum eſt.c.ſi diligenti.de reſcrip. ꝛ.c. contin
git.el pmo.de ſen.exco. Itẽ q2 iuramentu3
ñ ſolũ ē nllũ qñ ↄtinet i ſe pctũ. ſ3 ĕt qñ põt
pbere occaſionẽ peccandi.c.cum ab oĩ. de
vita ꝛ ho.cle. ꝛ.c.nam ↄcupiam.de ↄſti. ꝛ
c.ſicut ex lr̃is.de iure iuꝛ. Aut iuramentum
eſt ↄ legem q̃ eſt in fauorem priuatoꝝ ł odi
um. vt in muliere. minore. ꝛ huiuſmodi. ꝛ
tunc ſi põt ſeruari ſine diſpendio ſalutis: ab
ſolutõ non põt peti.c.ſi vero.cũ ſilibus.eo.
ti. qõ itellige veꝝ qñ ſine dolo. vi. vel metu
ſed ſpõte ꝛ ſcienter ē iuratũ. Si vero iura
mentũ ſit in ↄctu ꝛ datur enormis leſio. l3
non iurauerit ↄuenire. tñ poterit abſolutio
nẽ petere. q2 pſumitur dolus.l.oẽs.§.luciꝰ
ff.de hi.q̃ i frau.cre.l.q teſtiũ.ff.de ↄba. ꝛ
nihil itereſt vtꝝ interueniat dolꝰ a ↄpoſito
ł re ipa.l.ſi qs cũ alr.ff.de ꝟ.ob. Et ꝟba iura
menti dñt intelligi ciuili mõ.ſ. φ non con
trauenĩat nulla rõe ł cauſa exceptĩs grauibꝰ
C

leſionibus. ar. l. creditor. §. luci⁹. ff. manda.
Intellige niſi ſcienter iuraſſet. q: ceſſat do
lus ⁊ re ipſa ⁊ ex ꝓpoſito. ⁊ ideo nō pote
rit. Sic ēt ſi non intellexit enormem leſio
nem. lʒ dixerit non ↄueniſ neqʒ magne ne
qʒ parue vt ponunt notarij. non ꝑpea ꝓhi
betur quin poſſit petere abſolutionem. de
hoc vide. ſ. Arbiter. §. 10.

# Iuriſditio

lʒ Az. dr̄ a ditiōe qđ ē ptās ⁊ iuris q̄ iuſta ⁊ lrima ptās

1 Iuriſditio ſine cohertione nō valet. ō of
ficio dele. c. paſtoralis. vñ dicit tex. in. l. fi. ff
de offō eius cui inſ. ma. Iuriſditio ſine mo
dica cohertione nulla eſt iuriſditio.

2 Iuriſdit̄ōe coīſſa oīa ſiñ q̄b⁹ explicari nō
poſſet itelligūr coīſſa ſilr. ff. de iu. om. iu. l. 2

# Ius

ē ars boni ⁊ eq. ff. de iu
ſti. ⁊ iure. l. i. Ius ↄſtare
ñ pōt niſi ſit aliqs iuriſperit⁹ ꝑquē
poſſit quotidie in melius ꝑduci. ff. ō origi.
iuſ. l. neceſſariū. Ius diuidiſ in ius natura-
le. gentiū. ciuile. ⁊ publicū. de h vide di. i. ꝑ
totum. ⁊. ff. de inſti. ⁊ iuſ ꝑ totū. Utrū facta
ↄtra ius valeant. vide. ſ. Lex. §. 18

# Iuſpatronatus

ē ius honorificū. oneroſum ⁊ vti
le alicui ↄpetens in eccl̄a. ꝓ eo ꝙ de dioce
ſani ↄſenſu eā ↄſtruxit fundauit ł dotauit ip
ſe. ł is a quo cām hūit. ſʒ Jo. An. ⁊ Pa. in
Rica. de iurepa. ⁊ dr̄ honorificū q: hʒ ho
norē p̄ntandi rectorē. q: ſine eius p̄ntatōe ſi
ep̄s vel alius ꝑlatus inſtituit ipſo iure eſt nł
la. ꝑ. c. decernimus. 16. q. 7. lʒ Jo. An. in. c.
2. de offō vi. li. 6. niſi qñ patronus fuiſſet ne
gligens in p̄ntando. q: elapſo tp̄e bene inſti-
tuit. Papa vero bene poſſet ſine p̄ntatione
patroni. ⁊ ſimiliter legatus de latere ſi pa-
tronus ſit eccl̄iaſticus non tñ poſſet ꝑdictus
legatus ſi eēt ſecularis. vide glo. in Cle. per
lr̄as. de ꝓhē. ⁊ iſte eſt caſus. c. cū dilectus. ō
iurepatro. oneroſum dr̄ q: patronus teneſ
defendere eccl̄am ne bona indebite dilapi
dētur. 16. q. 7. filijs. Uñ p̄ntatus teneſ redde
re rōem de adminiſtratione patrono. Intelli
ge ſi patronus eſt eccleſiaſticus ñ ſecularis
vt nō. in. c. cū ⁊ plantare: de priui. ⁊ Pa. in
c. ex lr̄is. ⁊. c. cū ꝑꝑ. eo. ti. Nō tñ valde ſtric
te dicēdo qđ expēdat quotidie ſʒ i genere
Ita nō. Pa. in. c. ex lr̄is. ō iurepa. Utile dr̄
ēt q: ſi veniret ad iopiā teneſ eccl̄a ex red
ditib⁹ vl̄ra nec̄ia remanētib⁹ aliꝫ̄taſ patro
nū ꝑ̄pigui⁹ ꝙ̄ alios paupes. c. q̄cūqʒ. el. 2. ca.
cā. ⁊. q. ⁊. c. nobis in fi. de iurepatro. Et nō
ꝙ ius patronatus hñs. aliñ dr̄ patronus. aliñ
aduocatus ⁊ vicedomi⁹ cuſtos guardiā hñſ
ei⁹ frequentatōis vel ꝓceſſionis ſm Ho. c.
ꝓterea. eo. ti. ⁊ in. c. in ſingulis i fi. ō ſta. mo.
⁊ iō ſupponunt pro eodem.
Quibus modis acq̄rit̄ ius patronat⁹. 1
R. ꝙ ex tribus. Primū q: fundauit eccl̄am
ideſt fundū ad edificandū dedit. d. c. nobis.
⁊. c. abbatē. 18. q. 2.
Secūdū eſt ex ↄſtrōe eccl̄e. c. monaſteriū. 2
16. q. 7. ⁊ h itellige ſi facit de ↄſenſu ep̄i. cū
alio mō eccl̄a fieri nō debeat. de ↄſe. di. i. ne
mo. de iurepatro. qm̄. ⁊. c. a nobis ſicut. 16.
q. 7. filijs.
Sed qđ ſi ad refectiōeʒ . dedit. R. ꝙ nō ac 3
quiritur iuſpatro. ſm Lau. ar. ff. ne qđ i lo
co pub. l. i. §. vicinales. qđ veꝝ eſt qñ nō eſt
oīo deſtructa. Secus ſi fūdit̄ erat deſtruc
ta. ⁊ de ↄſenſu rapauit. q: ꝑinde eſt ac ſi de
nouo feciſſet. de inde. conſuluit ⁊ in aūt. vt
nullus fab. oratorij. d om. §. i. ſed primus q
edificauerat āmittit iuſpatro . ſi non dede
rat fundum. vel ſm glo. in. c. qm̄. eo. dotē ēt
ſi de eadē materia ſit repata.
Tertiū eſt ex dotatōe. d. c. filijs. ⁊. c. q̄cūqʒ 4
ibidē. Et hoc intellige de dote data añ ↄſe-
cratōem. q: p⁹ ↄſecratōem nō iducereſ. q:
nulla ſuit⁹ rei ſacre pōt iponi. ff. ō ſui. l. ſui
tutes la. 2. §. vlt. ⁊ qđ huāni iuris deſinit eē
futurē non recipit. ff. cōia predio. l. caueri.
Tñ Inno. ⁊ Ho. tenent ꝙ ſi nō hʒ dotem
⁊ ſibi detur poſt conſecrationem ꝙ acqui
ritur iuſpatronatus. q: ſine ſubā reꝝ non
poſſet eccl̄e deſeruiri. i. q. 3. ſi quis obiecerit
⁊ magis placet. ⁊ nō. ꝙ niſi detur ꝓ dote ł
rōe dotis ñ hēbit iuſpatronatus. ſed erit be
nefactor ſm Pa. i. d. c. qm̄. Limitat ēt hoc
ibidem Pa. ꝙ ex dotatōe poſt conſecratio
nem efficitur patronus. Uerum qñ fundatō
nō pōt ↄpelli ad ipam dotādam. ſicut fit in
iſtis capellis. qđ nota.
Utꝝ poſſint eē plures i dote ↄſtituenda. 5
R: Inno. ꝙ ſic. Et q̄lbet erit patronus. vlt
ēt glo. 63. di. i ſūma. ⁊ ſic lita glo. in. d. c. qui
cunqʒ. q̄ vult ꝙ dans modicā dotem nō ſit
patronus. q: veꝝ ē qñ vnus ſolus dat. ſecuſ
ſi plureſ ſimul dant ſufficientem. Idem dic
in fūdatōe ⁊ hedificatōne. ⁊ ſic pʒ ꝙ multi
eēnt patroni. puta q: vnus dedit fundū. alr̄
edificauit. alter dotauit. vel plures edifi
cauerunt vel dotauerunt.
Utꝝ ius patrōat⁹ tranſeat ad heredes. R 6
Pa. i. c. i. de iurepa. ꝙ ſic. ēt ex̄neos. ita ꝙ
ſi pr̄ inſtituit filiū in certa re. ⁊ extraneum
heredem vniuerſalem iuſpatronat⁹ trāſibit
in extraneū nō in filiū. ⁊ ſi plres ſūt heredeſ
in oēs tranſit. vt in. d. c. i. ⁊ Cle. fi. eo. ti. ⁊ ñ
ſolum tranſit ad maſculos. ſed ēt ad femiaſ
heredes. Facit. Cle. fi. ō excel. ꝓla. ſcḋm glo.
in. c. qm̄ inueſtituram. 16. q. 7. ⁊ ideo filius
qui repudiauit hereditatem paternam non
erit patronuſ. ſm Fede. conſilio. cxi. Et ho
die determinatū ē per. d. Cle. fi. ꝙ ſuccedunt
ñ ꝑ capita. lʒ ꝑ ſtirpes. vñ ſi plureſ ſuccedūt
vni ex duobus patronis ēt omnes hñtur lo
co vnius. ⁊ licet vnus hēat plus de heredi
tate ꝙ̄ alius dūmodo non ſit hereſ in certa
re conſtitutus equaliter erit patronus.
7 Utrum iuſpatronatus poſſit diuidi inter
heredeſ. R. Pa. i. d. c. i. ꝙ ñ qualitercunqʒ
intelligatur iſta diuiſio cū ipſum ius ſit in
corporale poſſunt bene conuenire patroni
vt alternatis vicibus preſentent. d. Cle. fi.
Similiter ſi habent plures eccleſias poſſūt
conuenire vt preſentet vnus in vna ⁊ alter
in altera. q: ſicut diuiſio permittitur i tem-
pore. ita ⁊ reſpectu locorum. ⁊ iſta non eſt
diuiſio que prohibetur in dicto. c. primo. ō
iurepatro.
8 Utrum iuſpatronat⁹ poſſit adiudicari vni
ex heredibus. R. Pa. in. c. querimoniam.
eo. ti. ꝙ non. q: ſi equaliter diuidunt nō ap
paret quare hoc. Si inequaliter diuidunt.
⁊ tunc ſi datur ꝓ reſtauratione illi qui mi
nus habet illicitum eſt ⁊ ſymoniacum. c. ꝓ-
terea. eo. ti.
9 Utrum iuſpatronatus tranſeat cū vniuer
ſitate. bonoꝝ. R. ꝙ ſic. 16. q. 7. nemini. ō re.
ꝑmu. c. ad qōes. ⁊. c. vlt.
10 Utrum tranſeat donatione. R. ꝙ ſic. c. ex
inſinuatione. ⁊. c. conſultationibus. eo. ita
tamen ꝙ ſi eſt laicus nō poteſt dōare cuicū
qʒ laico ſine licentia epiſcopi. vt in. c. null⁹
⁊ in. c. preterea. eo. ti. ſicut nec aliqđ aliud
ius ſpirituale. Si vero donaret eccleſie aut
loco religioſo. tunc ſm aliquos poteſt ſine
licentia epiſcopi. vt nō. in. d. c. nullus. ⁊. c.
ex inſinuatione. ⁊. c. illud. ⁊. c. ſignificaſti.
eo. ti.
11 Utrum poſſit dari in feudū. R. ꝙ ſic cum
vniuerſitate. c. cū ſm. eo. ti. ſed ſpāľr non.
12 Utrum venditione trāſferatur. R. ꝙ ſi ſpā
liter vendatur eſt ſymonia. ſi enim intentiōe
ne vt poſſit p̄ntare quem vellit vel priuare.
⁊ dʒ ſpoliari ille qui emit ⁊ eccleſia dʒ eſſe
libera ſm Inno. Si vero emeret cum vni-
uerſitate temporaliū cum quibus tranſit ēt
iuſpatronatus non eſt ſymonia ſm Ho. ⁊
Cal. vt patet ex. c. ex lr̄is. eo. ti. quod verum
credo. cū nō emit ꝑncipaliter talia bona tē
poralia ꝑꝑ iuſpatronatus ↄſequendū. q: ſi
p̄ncipaliter ꝑꝑ hoc emeret eēt ſymonia. ita
nō. Pa. in. c. q: cl̄ici. eo. ti. Itē ſm Jo. An.
in. c. vnico. eo. li. 6. ſi dicatur vendo tibi vil
lam ⁊ iuſpatronatus quod habeo in ea. nō
valet venditio. ſecuſ ſi ſimpliciter vendit vil
lam. vt in Cle. paſtoralis. de re iudi. Et iō
ēptor vel feudatarius cū acq̄rant directū ł
vtile dominiū reꝝ. ſimiliter acquirūt iuſpa
tronatus licite. ſicut alios fructus hñt. ff. de
contrahen. emp. l. dolia.
Utrum vendens omnia iura que habet i 13
tali villa que non eſt ſua intelligatur vende
re iuſpatronatus qđ ibi hʒ. R. ꝙ non. q: ad
hoc vt tranſeat oportet ꝙ res que venditur
talis ſit ꝙ ēt ſine expꝛ̄ſſione vniuerſitateʒ vel
iuſpatronatus in ſe contineat. ſicut eſt villa
vel caſtrum quod in ſe continet honorem.
iuriſditionem. diſtrictum. ⁊ iuſpatronatus.
ff. de verbo. ſi. l. pupillus. §. territorium. ſed
quando dicit vendo tibi omnia iura ł ſolui
tur hec vniuerſalis in ſingulares. ſ. vendo
tibi hoc ⁊ illud. cum autem iuſpatronatus
ſic non poſſit vendi ſic in tali vniuerſali nō
comprehēditur. Sed ſi ſit aliquod vniuer
ſale ꝙ multa iura in ſe contineat. vt eſt here
ditas. bene tranſit cum illo iuſpatronatus.
ff. de pe. he. l. itē uidendum. §. fi. ⁊ duabus
ſequentibus.
Quid ſi uendat quis palatium vbi hʒ ca 14
pellā q̄ forte hʒ multa priuilegia. ⁊ multos
reddit⁹ tranſiet iuſpa. cū palatō. R. ꝙ ſic. ar.
l. ſi mercedē. §. ſi cū fūdū. ff. de ac. ēp. q: ad
capellā nō eſt niſi ꝑ palatiū. nō. Ho. ⁊ In-
no. in. c. ex lr̄is. eo. ti.
Utꝝ poſſit pignori obligari. R ꝟior opi. 15
eſt Inno. ꝙ non. ēt cū vniuerſitate. q: cū cre
ditor nō poſſit vti pignore ſi vacaret eccle-
ſia nemo poſſet p̄ntare.
Sed infra quantum tempus debet patro 16
nus preſentare. R. ꝙ ſi eſt laicus habet qua
tuor menſes. ſi clericus ſex. a tempore vaca
tionis. c. eam te decet. eo. ti. ⁊ eſt tex. in. c.
vnico. eo. li. 6.
Sʒ nūqđ poterūt variare. R. ꝙ ſic. ſi eſt 17
laicus anq̄ ep̄s ↄfirmet. vt in. c. qđ aūt. ⁊. c.
cū aūt. ⁊. c. paſtoralis. eo. ti. ſi eſt eccleſiaſti
cus patron⁹ nō pōt variare p⁹ꝙ̄ p̄ntauit. d.
c. paſtoralis. cū. c. ꝑdictis. eo. ti.
Utꝝ p̄ntans indignū priuef iure p̄ntādi 18
R. ꝙ ſi ē clericus q p̄ntat idignū ꝑuatur ea
vice. tex. eſt i. c. ſiē in fi. de ſup. negli. ꝓlat. ⁊
c. 3. de ec. edifi. Si vero eſt laicus non pri
uatur vt elicitur ſubtiliter. de offi. or. c. cuʒ
vos. hoc tenet Inno. ⁊ Ho. ⁊ Ber. in. d. c

cum vos. ⁊ Archi.in.c.ſuſcepti. ꝺ ꝓben.li. 6.peccat tñ mortalr ſcienter pñtando idi gnũ q2 infidelr agit in offõ ſibi cõmiſſo. vi de Adminiſtrato.

19 Utrum qs poſſit pñtare ſe ipm.℞.ꝙ non ſed bñ filium õnniõ ſit idoneus. Facit.c. ꝑ veſtras.eꝯ.ti.⁊ ibi nõ.Ber.⁊ Ho.⁊ Pa. ponit in.c.conſuluit.eo.ti. Sic pñt pñtare vnũ ex ſe ipſis.Facit.l.vbi adſunt.ff.de tuto. ꝫ glo.in.ꝺ.c.ꝯſuluit.

20 Utrum pñtatus a maiori pte patronoꝝ ſit admittendus.℞. Pa.in.c.qm̃.eo.ti.ꝙ aut pñtatio fit ab iſtis ſicut a collegio.⁊ tũc regrutur maior pars reſpectu totius capitu li ſm Jo.An.⁊ videtur tex.in.c.eccleſia.el pzimo.de elec. Aut pñtatio fit ab iſtis vt a ſingularibus.vt coiter fit a laicis. ⁊ tunc ad mittitur q pñtatur a pluribus. verbi gratia ſunt ſex patroni. tres preſentantur admitti tur qui preſentatur a tribus.vt a pluribus ꝓ ſentatus.quod bene nota quia facit ad mul ta.

21 Utrum oporteat ꝙ ſint ſimul qñ volunt pñtare.℞.Pa.in.ꝺ.c.qm̃.ꝙ ſi agunt vt col legiũ oꝫ omnes vocare.aliter poterunt cõ tẽpti annullare pñtatõeꝫ. Si vero agunt vt ſinguli.Fede. conſilio.97.ꝫ ꝙ non. Sed Bar.in.l. oẽs populi.ff. de iuſti. ⁊ iure.ꝫ ꝙ ſiue a collegio vt collegiũ eſt.ſiue a pluri bus vt ſingulares,conſẽſus eſt explicãdus ꝺũmõ maior pars preiudicet minori.ſemꝑ debent ſimul eẽ.ꝑ.l.iuriſgẽtiũ.ff. de pac. ⁊ hoc eſt verius quo ad vocatõem.q2 forte ſi fuiſſent pñtes induxiſſent ad conſenſum al terius.⁊ pro hoc faci.c.2.⁊ quod ibi nota tur.de arbi.li.6.

22 Sed qd ſi duo tñ ſunt patroni ⁊ duos pñtant.℞.Jo.An.in.c.cuꝫ aũt.eo.ti.ꝙ eꝑs poterit quẽ voluerit eoꝝ inſtituere. ⁊ ẽ bo na glo.in.c.ſi plures.16.q.7.hoc ꝫ Inno. in.c.i.eo.ti.⁊ Gaſ. de cal.in.ꝺ.c.cuꝫ auteꝫ ⁊ Pa.in.c.eam te.eo.ti.⁊ placet.lꝫ alij cõ trarium teneant.

23 Utrum patron⁹ poſſit aliquid exigere.pu ta aliquos cereos in cognitione iuriſpatro natus.℞.Pa.i.c.ꝑterea.eo.ti.ꝙ non.niſi tꝑe fundatõis a¹ dioceſano iſtud fuiſſet ſibi reſeruatum.nec valet ſi ipſe patronus fun dando ſibi aliquod ſeruitium reſeruet.niſi eꝑs auctoritatem preſtiterit.vnde ſi epiſco pus auctoritatẽ preſtiiſſet poſſet tale ius vẽ dere.nullo rẽanent.apud eũ. ⁊ hoc credo verum ſi dedit dotem pinguẽ ⁊ habundan tem.ſecus ſi ſolũ neceſſariam ad ſuſtentatõ nem miniſtroꝝ.q2 tunc nullum ſeruitiũ pote rit ſibi retinere.Ita nõ. Pa.in.c.i.de cen. Fallit hoc qñ locus religioſus ꝓprijs expẽ ſis eccleſiam hedificauit. q2 tunc talis loc⁹ hꝫ in ea oia tꝑalia ſic epiſcop⁹ ſpiritualia vt de priui.c.cũ ⁊ plantarẽ.⁊ ẽt ius pñtandi de ſup.negli.prela.c.ſicut.

24 Utrũ liceat clerico ſuſcipere eccſaꝫ de ma nu laici patroni.℞. Pa.in.c. preterea.eo. ti.ꝙ ñ.⁊ ſi facit peccat mortalr.⁊ lꝫ non ſit ſuſpenſus ipſo iure.tñ dꝫ communione priua ri.Ex quo infert Pa. ꝙ ſi talis ipetrat a pa pa.non expreſſo quod prius habuit a lai co nõ valet.Ex quo dꝫ cõione priuari.vt i. ꝺ.c.preterea.⁊.c.poſtulaſti.de reſcrip.

25 Utrũ laicus hedificãs capellã in eccſa. ⁊ eã dotans acqrat ſolũ ſibi iuſpa. an eccſe ſimul.℞.Pa.in.c.ad audiẽtiã.de ec.he.ꝙ eccſe ſimul.q2 non põt negari qn eccſia po nat fundũ.ex qua datione iuſpatronat⁹ ac quiritur.c.pie mentis.16.q.7.⁊ iõ ſimul cõ curret cum laico in pñtatione. Similiter ſi cleric⁹ hedificat ex bonis eccſe capellã nõ ipſe vel parentes eius acqrunt iuſpatrona tus.ſꝫ ſolũ eccſa ex cui⁹ bonis ẽ hedificata.

26 Utrũ ex ꝺlicto pris publicatis oibus bo nis eius priuetur filius iurepatronatus qꝺ hẽbat pr.℞.ꝙ ſi publicatio fit ab impera tore vel iudice ſeculari nõ priuat iurepatro natus.nec pro aliquo crĩe ẽt leſe maieſtatis põt ipator ꝑuare laicũ ipſõ.q2 hꝫ iſtud a pa pa.Ita nõ.glo.⁊ Archi.in.c.filijs.16.q.7. Intellige hoc veꝝ qñ nõ eſt in aliqua vniũ ſitate ſeculari.q2 ſi eẽt ex priuatõne illi⁹ vni uerſitatis ſecularis tranſiret.⁊ vide bonaꝫ glo.in.c.ſatis puerſum.66.ꝺi.que dicit.ꝙ lꝫ pr cõmiſerit crimẽ leſe maieſtatiſ.ex quo filij efficiuntur infames.l.quiſquis.C.ad.l iul.maie.6.q.1.ſi quis cum militibus. Filij tñ clerici non efficiuntur infames.⁊ ñ ꝑdũt bñficia.⁊ ſic nec iuſpatronatus.ẽt filij q nõ ſũt clerici niſi ꝯtrouerſia e.

27 Quid ſi laicus hꝫ iuſpatronatus cum ec cleſia ſimul hẽbũt ne ſex menſes ad pñtan dum.℞.ſm Jo.An ⁊ Archi.in.ꝺ.c.vnico eo.ti.li.6.ꝙ ſic ita ꝙ rõe cõionis priuilegi um eccleſie tranſibit ad laicum. ad inſtar eius qꝺ dr de eo q hꝫ rem cõem cuꝫ pupil lo q̃ nõ põt vſucapi vel preſcribi ꝑꝑ pupil lũ.vt in.l.ſi cõem.ff.quẽad.ſ.a.ita ꝑ ecclam ꝯſeqtur qꝺ ꝑ ſe ꝯſeq ñ poſſet.ꝺ conceſ.pre ben.c.pe.Idem dic quando clericus ⁊ lai cus hñt preſẽtare ꝙ habet tempus ſex mẽ ſium ſm Pa.in.c.eam te eo.ti.,quia maiuſ dignum trahit ad ſe minus dignum.c.ꝙ in dubijs.de conſe.eccle.vel alta. ⁊ hoc tenet

Jo.An.licet Ho.aliter. Et intellige de pa trono eccſaſtico qui hꝫ ius patronatus rõe eccleſie.q2 ſi hẽret rõe patrimonij eſſet idẽ ꝑ omnia ſicut in laico ſic ⁊ in clerico.c.cuꝫ dilectus.eodem. ⁊ glo.in Cle.ſi.eo.ti.nõ. Pa.in.ꝺ.c.eam te. ⁊ in dicto.c.cum auteꝫ. quod nota.

Iuſtitia ſm ꝙ ẽ hũ⁹ ꝺtuſ põt accipi q̃tuor modis ſm Ri.in.3.ꝺi.33.ar.5.q.3 Prio.cõiſſime.ſ.pro q̃libet rectitudie ãni mi. ⁊ ſic q̃libet ꝺtus eſt iuſtitia quedã. ⁊ ſic diffinitur ab Anſel.li.de ꝺitate.c.12. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis ꝑꝑ ſe ſuata. Secun do ꝓ rectitudine ꝑ quã hõ iuſtificatur i cõ ſpectu dei.ſ.pro caritate. ⁊ ſic diffinitur ab Aug.li.83.q.61.iuſtitia que per cetera diffũ ditur eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi. Tertio ꝓ qua libet ꝺtute ordiata ꝑ iuſtitiã legalem ad bo num cõe. ⁊ ſic eſt ideꝫ cũ qualibet ꝺtute.diſ ferens tñ ſm rõem. Quarto ꝓ ꝺtu determi nante voluntatẽ ad firmiter volendũ ſuare rectitudinem debitã i opatõibus q̃ ſunt ad alteꝝ. Et hoc duplr.aut ad alteꝝ vt eſt ꝑſõa ſingularis. ⁊ ſic eſt iuſtitia pticularis diſtic ta ꝑ eſſentiam ab alijs virtutibus q̃ ſic põt diffiniri. Iuſtitia eſt ꝯſtans ⁊ ꝑpetua volũ tas ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuens.ff.de iuſti. ⁊ iure.l.iuſtitia. Alio mõ ad alteꝝ.qꝺ ẽ coitaſ ⁊ ſic eſt iuſtitia legalis ⁊ h̄ eſt oi virtuti ge neral̃ iꝑtũ ꝓcipit oia exteriora cuiuſlꝫ ꝺtuſ ad bonũ cõe referri ſm ꝙ vult phs.5.ethi. c.9.eſt tñ vna virtus ſpãlis diſtincta in eſſẽ tia ab alijs virtutibus.vñ ñ ẽ generalis alijſ ꝑ ꝓdicationem.ſed ꝑ virtutem.

1 Que ſꝫ ptes ſubiectiue.℞.ſm phm.5.ethi. due.ſ.ꝯmutatiua q̃ dirigit vnã ꝑuatam ꝑſo nam ad aliam i his que ꝯſiſtũt mutuo iter duas ꝑſonas ad inuicem. Alia diſtributiua que eſt ordo eius quod eſt comune ad ſigu las ꝑſonas quem dirigit iuſtitia diſtributi ua comunium ſecundum proportionabili tatem.

Iuſtificatio imperij quatuor requirit. primũ motum liberi arbitrij. con tritõem al.infuſionẽ gr̃e. ⁊ remiſſionẽ culpe.

Laicus dr a laos grece ⁊ la tine popul⁹ ſꝫ Iſy. 7.ethi.⁊ ſũt illi q pñt hẽre vxoreꝫ. poſſidere ꝓꝑrium. de qbus.12.q.i.duo.

Utrũ laicus poſſit eẽ ꝓcurator.vel ſindicuſ reꝝ eccleſiaſticaꝝ.℞.Pa.in.c.decernim⁹. de iudi.Colectarius dicit ꝙ general̃ admi ſtrator eẽ nõ põt loco ꝓlati abſẽtis illius q reputatur abſẽs vt eſt minor.vt in.c.1.ꝺ eta. ⁊ q̃. or. Sed ſi ꝓlatus ꝓſit ſpũalibus.bene põt cõitti cura tꝑaliũ laicis. maxie vbi cle ricus ñ repitur ydoneus.alſat nõ.ꝑ Inno. ⁊ placet Pa.q alſat glo.in.c.iudicatũ.89. ꝺi.⁊ iõ dictũ.c.decernimus.loquitur ꝙ nõ põt eẽ yconomus.i. hẽre generalem admi niſtrationem omnium bonorum eccleſiaſti corum tam tẽporalium q̃ ſpũalium. ⁊ ſic ꝓ ſit oĩbus.ſed bñ põt eẽ yconomus eccleſie in tꝑalibus.c.in noua.16.q.7. hoc ideꝫ ꝫ Gaſp de cal.⁊ Ho. ⁊ Jo.An.in.c.vnico. de ſindico.

Utrũ poſſit eſſe ꝓcurator clerici laicus ad eligendũ.℞.ꝙ non.vt notant doc.in.ꝺ.c. decernimus.q2 vbi hꝫ exercere actum ſpũ alẽ iudicio ſuo nõ põt ꝯſtitui laic⁹.vt nõ.in rſa.qꝺ alicui ſuo ñ lꝫ.de re.iur.li.6. ⁊ ſic li mita.c.primũ.de ꝓcu.li.6.vt ſolũ hẽat locũ in iudicialibus vbi etiam in cauſis ſpirituali bus admittitur ad agendum ⁊ defenden dum. 2

Utrũ poſſit laicus eſſe vicari⁹ eꝑi.℞.ſm doc.ꝙ nõ.vt nõ.in.ꝺ.c.i noua.⁊ in.ꝺ.c.cõ tingit.de arbi.⁊ in.c.vno.de ſindico. Facit glo.in.ꝺ.c.decernimus. que dicit ꝙ cauſe ſpirituales nõ pñt cõitti laicis ẽt tãq̃ delega tis per eꝑm. Et hoc intelligo ꝙ nõ põt eẽ vicarius eꝑi in ſpiritualibus. ſecus ſi eꝑus hꝫ iuriſdictiõem tꝑalẽ in loco.q2 bñ põt lai cũ ſuũ vicariũ facere.vt in.c.ſi.ne cle.l mo. li.6.ſed in ſpũalibus tenent doc. ꝙ nec ẽt clericus coniugatus.c.Jo hẽs.de cle.cõiu. ⁊ in.c.vnico.de cle.coniuga.li.6. 3

Utrũ laicus poſſit predicare.℞.Pa.in.ꝺ c.decernim⁹ ꝙ ſic.ſi cõittatur ei ab eꝑo.vĩꝺ bonam glo.96.ꝺi.c.bene qdẽ. Facit.c.cuꝫ ex iniũcto.de here.vide glo.in.c.adiicim⁹ 16.q.i.ſed non teneas dum dicit etiam mu lierem. 4

Latria grece idẽ ẽ ꝙ religio latine ſm Aug.10.de ciuitate dei.c.4.vnde dicit ibidem ꝙ cultuſ deo debitus quatuor nominibus nominaẽ duob⁹ apud grecos.ſ.Latria ⁊ theuſebia ideſt cultus diuinus vel bonus. ⁊ duobus apud latinos.ſ.religio ⁊ pietas.q correñdẽt ꝓſatis duob⁹. Differt tñ latria ꝓꝑrie a theu ſebia. quia hec reſpicit cultum dei interio rem qui proprie pertinet ad virtutes theo logicas.ſed latria reſpicit ſeruitutem exteri orem que pertinet ad iuſtitiam vt elicitur a Sancto Bo. in ꝺi.9.q.2.ar.3. ⁊ ſic eſt vir tus cardinalis proprie. ⁊ quando aliqui doc.dicũt ꝙ eſt virtus theologica intelligiẽ

ſm qđ eſt theuſebia.

Qui ſūt actus latrie. ℞. ꝙ ſunt due ſpēs ac tuum latrie. prime ſpēi actus ſunt illi quos ꝓducit mediātibus virtutibus qbus īꝑat ordinās eos in dei reuerentiā. ⁊ ſic religio nis actus ꝑ modū ipiꝰ ponit Jaco. primo eſſe viſitare infirmos. qui eſt actus elicitus a miſericordia. ⁊ imaculatū ſe cuſtodire. q elicitur a tēperantia. Secunde ſūt illi quos ꝓducit ꝑ ſe ⁊ immediate ꝑ quos hō ordia tur tm̄ ad deum. ⁊ inter hos hꝫ aliquos in teriores tanq̄ꝫ principales. ⁊ per ſe. vt eſt deuotio ⁊ oratio. Aliquos vero exteriores quaſi ſecundarios ⁊ ordinatos ad interio res quibus ipſa vtitur quaſi ſignis ad exci tādū mētem ad actus ſpūales. ⁊ in aliqbus hoꝝ exterioꝝ corpꝰ ad venerandū deo ex hibetur. vt in adoratōe. In aliquibus vero deo de rebus exterioribus offertur. ⁊ hec ł promittēdo. vt i votis. vel i dando. vt in ſa crificijs. oblationibus. primicijs. decimis ⁊ huiuſmodi.

2 Utrū ſacrificium ſit latrie. ℞. ꝙ triplex eſt ſacrificiū. Primū bone oꝑatiōis. ⁊ iſtud ē oīuꝫ virtutū. Secūdū orōis. ⁊ iſtud ē trium theologicaꝝ eſt. Tertiū ē imolatōis. ⁊ iſtō eſt latrie ſpūale.

# Latro

Latro in quo differt a fure. ℞ ꝙ latro furat de die ſꝫ fur de nocte. Jura tm̄ ſepiꝰ vnū ꝓ altero accipiūt. vt pꝫ in. c. i. de homi.

1 Quis dicatur publicus latro ł depopula tor agroꝝ. vide īfra Immunitas. §. 17.

# Laudemium

Laudemium ē qđā ſo lutio qn quageſime ptis ł extiatōis rei ſien da dn̄o ab eo q de nouo acqrit ephiteoſiꝫ. de quo dic vt. ſ. Emphiteoſis. §. 34.

# Lectoris

Lectoris offīm ē lectōnes pnūciaṙ. ⁊ ea q̄ ꝓphete ꝓnūciauerūt pplīs ꝑdica re. 25. di. ꝑlectis. ⁊. 21. di. cleros.

1 Quō dꝫ ordinari. hētur. 23. di. c. lector. ſꝫ melius in paſtorali epoꝝ.

# Legatum

Legatum qđ ē. ℞. ꝙ ē do natio q̄dā a te ſtatore relicta. ſed ab herede ꝑſtan da. qꝛ debetur pꝰ mortē teſtatoris. ⁊ pꝰ adi tā hereditatē ab herede colligit Inſti. đ le. §. i. ⁊ hodie fideicōmiſſū ⁊ legatū ſet idē ſt ⁊ fere adeq̄ta ſūt. ⁊ qcqd iuris ē i vno ē ēt i alio. ſed fideicōmiſſū dictū eſt qꝛ olim fidei cōmiſſa ꝑdebāt ex fide heredū. ⁊ iō fidei cōmiſſarij dicunt qbꝰ legata ſoluēda. fidei cōmittuntur dicūtur ēt teſtamētoꝝ executōes

Quis pōt legare. ℞. ꝙ ſolū illi q pn̄t teſta ri. ff. de le. i. l. 2. ⁊ q pn̄t teſtari. vide. ſ. Teſtm̄ §. i. Legatum. n. relinqui non pōt. niſi in te ſtamento vł codicillo. Unde teſtari. codicil lari. ⁊ legare ad hoc equipolent. vt q pōt vnū poſſit ⁊ reliquū. ff. de iure codicil. l. di ui. §. codicillos is domū. Fallit hoc in lega tis ad pias cās. vt. ſ. Legatū. 2. §. 7. 1

Cui pōt legari. ℞. ꝙ regulariṫ illi ſoli q pōt hꝛs īſtitui. ⁊ q pōt īſtitui. vide. ſ. Heres §. 25. ⁊ ꝙ ſit pſona certa. alꝛ n̄ valet vł go. ff. de ſta. ho. Fallit tm̄ hoc i aliqbus caſibus đ qbus in. §. ſequentibus. ⁊ Legatū. 2. §. 2. 2

Sꝫ nūqd pr̄ poſſit legare filijs ſpurijs rō ne alimentoꝝ ł relinquere dotes filiabꝰ ſpu rijs. cū dos ſuccedat loco alimentoꝝ q m̄ ſpurij nō pn̄t inſtitui heredes. ℞. ꝙ ſic. ſm Bar. in aūt. ex ꝯplexu. C. đ ince. nup. vide ſ. Filius. §. 4. 3

Utꝝ fratribus minoribꝰ poſſit legari. ℞. ꝙ ſic. Cle. exiui. de vbo. ſi. §. cupientes. dū mō nō ſit valor hereditatis vel tanta eiꝰ ꝑs ꝑſumatur fieri in mō ⁊ forma legati fraudu lenter ꝓ ſucceſſione hereditatis de qua nō ſunt capaces. 4

Utꝝ cū legatur fratribꝰ mēdicantibꝰ āni uerſariū ꝑpetuū liceat eiſ recipe. ℞. ſꝫ Pe. đ pal. in ep̄la ad Mfuꝫ or. ꝑdicatoꝝ. ꝙ ſic recipiendo gratis ⁊ petēdo ex̄ iudiciū. qꝛ hoc nō eſt hēre redditus ſꝫ i iudicio petere ea tāq̄ꝫ redditus ſibi debitos ē ꝯ ꝓfeſſionē eoꝝ. Idē dicit de cenſibꝰ ānuis ac ēt de red ditibus frūm ad vitā Farineriꝰ ordis mioꝝ generalis in ꝯſti. dicit ꝙ n̄ lꝫ fratribus indu cere aliquem ad talia legata facienda. ꝙ ſi facta fuerint in iudicio n̄ petant qꝛ tacite inu at. qđ dicit Pe. ꝙ extra iudiciū peti pn̄t ꝑ moꝫ elyne. Nec ob. qđ dicūt aliqui n̄ lice re qn̄ dans ſciret nō teneri ſe ad talia dāda ⁊ tm̄ ex ſua liberalitate dat. qꝛ lꝫ in ꝯſcia ille teneatur ſꝫ ꝙ. ſ. dico. ⁊ ꝓpea dei nihilomi nus fratres ea petere poſſunt extra iudiciū per modum elyne ſicut liceret petere elynā ab illo q habet vltra neceſſitatem ſui ſtatus qui q̄uis ipſe teneatur facere elynam. non tamen per hoc ſequitur ꝙ frater minor nō poſſit ab eo petere. Aduerte tm̄ ꝙ annuos redditus ad modicū tp̄s. ſ. decem annorū legatos poſſunt petere mendicantes in iu dicio. exceptis fratribus minoribus. q lꝫ đ talibus ſint capaces. nō tm̄ pn̄t in iudicio ta lia ꝑ ſe petere. vt in. d. Cle. exiui. §. verū. de vbo. ſi. Similiter ſūt capaces ānui redditꝰ etiam in perpetuum qn̄ eſt ad certū. vſuꝫ di uini cultus. puta. vinum pro miſſis frumen 5

tum pro hoſtijs fiendis. ⁊ huiuſmodi ſꝫ. đ Car. in. d. §. ⁊ Fede. de ſenis. ſecus pro vic tu vel veſtitu

6 Utrū qs poſſit legare eccleſie ꝯſtruende. ℞. Pa. in. c. nos quidam. de teſta. ꝙ ſic. ſꝫ non donaṫ. qꝛ nō valet donatō. c. abbate ſa ne. de re iudi. li. 6. Ratio diuerſitatis poni tur a Bar. in. l. ſeruos ad cuſtodiam. ff. de ali. ⁊ ciba. le. qꝛ donatio reqrit pſonam ⁊ ſcientiam. iō abſenti non poteſt donari. l. abſēti. ff. de dona. c. ſi tibi abſēti. de ꝑben. li. 6. ⁊ ēt icerte pſone pōt legari. dūmodo ex euentu poſſit certificari. l. cum pater. §. ſur do. ff. de le. 2. ſecus ſi certificari non poſſet euentu. quia nō poſſet ei legari. vt nō. glo. d. c. nos.

7 Utrū legatum factum eccłe ſancte Marie cum plures ſint ſit nullū. ℞. Pa. in. c. idicā te. de teſta. ꝙ nō. ſed dabitur eccłe parrochi ali ſi ſic nominatur. vel pauperiori que ta le hꝫ nomen. Glo. vero in dicto. c. nos qui dem. dicit ꝙ ſi nulla eccleſia ſancte Marie ſit in loco dabitur eccleſie cathedrali. vt nō in glo. ꝑſati. c. indicante. facit. l. que conditō ff. de ꝯdi. ⁊ de. vbi ſi teſtator mādauit aliqd fieri in foro ⁊ non dixit in quo. intelligitur de foro illius municipij vbi habitat. ⁊ hoc de auctoritate ep̄i ⁊ executoris. Similiter qn̄ legaṫ eccłe fiende ⁊ non dicitur đ loco ep̄s ⁊ executor ꝓuidebunt de loco vbi đbe at fieri. ⁊ hoc fauore pie cauſe. niſi aliter cō ſtet de mente teſtatoris.

8 Quid ſi legatarius moritur ante conditō nis euentū. ℞. Pa. i. d. c. nos qdē. ꝙ aut le gatū ē fc̄tꝫ pſone intuitu ſeu ꝯtēplatōe aīe. pu ta. qꝛ alij pſone fuiſſet relicturus. tunc defi ciēte illa perſona dꝫ ꝯuerti relictū ad aliuꝫ piū vſum. vt voluntas defuncti ł effectu īple atur. ſicut dicimus in legato facto ad aliqd faciendū in ciuitate ꝓꝑ ꝑpetuam memoriā defuncti. ꝙ alibi fiet ſi in loco vbi ordiauē rat fieri nō poſſit. vt. l. legatum. ff. de vſufru. lega. Si vero relictū fuit ꝯtēplatōne pſone ł colłij certi. nō hito reſpectu ad piam cām tunc deficiente legatario expirat legatum ⁊ remanet apud grauatū. vt in. l. pr̄. §. tuſ chulanus. ff. de lega. 3. C. de cadu. tol. l. vni ca. §. ſi aūt aliqd ſub condicione. Si autem dubitatur an hūerit reſpectū ad aīam ł ad pſonā. tunc in dubio fauore religiōis debe mus pſumere ꝙ ad piā cām reliq̄rit. ar. l. ſūt pſone. ff. de reli. ⁊ ſūpti. fune. Et h̄ nō. ⁊ ſeqtur. Bar. in. d. §. tuſculanus. Et h̄ depu tatio ad aliū vſū piūm debet fieri de ꝯſenſu ep̄i ⁊ heredis ſiſ. d. l. legatū. ⁊ nō i Cle. qꝛ

contingit. de reli. do. ⁊ facit ad queſtionez legati facti puelle ꝓ ea maritanda que mori tur. an ſit dandū alteri. qꝛ ſi factū eſt intuitu perſone. puta qꝛ ſuiuit ⁊ hꝰmodi n̄ dabitur alteri. Si vero intuitu aīe ſic dabitur alteri ⁊ ſilr̄ de quocūqꝫ legato qđ non pōt ꝯſeq ſuū effectum. Quod nota.

ab epo conſecrato ſaluo iure parrochiali. quod quidem ius ſm Gre.nonum in extrauaganti que incipit. Nos attendentes cõſiſtit circa oblationes.decimas ⁊ primitias ſolum. ⁊ hoc ſiue ſit conſecratus locus vel non.dũmodo non ſit interdictus vel pollutus. Et ſic intellige.c.in his de priui. vbi h' priuilegium ponitur ſiliꝰ epiſcopis. lʒ in.d. c.fi.de priui. li.6.de quo.s. Interdictuʒ.6. §.39. Aduerte ꝙ ſacerdos debet tenere hoſtiam ⁊ calicem quando conſecrat ſuper lapidem conſecratum.ſm Pe.de paſ. ⁊ debet lapis eſſe ita magnus ꝙ ſalteʒ poſſit ſuper eo capi totus pes calicis cum hoſtia.d' quo vide Altare. Nota etiam ꝙ quicunqȝ celebrans vel faciens celebrari diuina in ciuitatibus:caſtris:vel villis.niſi quatenus a iure ei conceditur eſt ei interdictus ingreſſus eccl'e ipſo facto cuiuſcunqȝ ordinis vel priuilegii ſit munitus.c. epozum. de priui. li.6. Idem ſi in locis a iure vel a iudice phibitis vt ibidem.

40 Utrum de licentia epi poſſit celebrari in loco non conſecrato. R'.vt colligo ex Inno.in.c.i.de conſe.ec.vel alta. ⁊ ab Archi. poſt alios i.c.miſſaꝝ.de cõſe.di.i. ⁊ a Pa. in.R' ca.de ꝯſe.ec.vel al. ꝑ concordia ꝙ in ſua dioceſi poteſt epiſcopus dare licentiaʒ vt in eccleſia nõ conſecrata vl' oratorio poſſit quis celebrare cum altari portatili. conſecrato ex neceſſitate.vt notat glo. de cõſe. di i.vnicuiqȝ. ⁊.18.q.2.quidaʒ. In aliis autẽ locis non poteſt dare niſi quando eccl'ia deeſt.vt in.c.concedimus.de conſe.di.i.ar. d.c.fi.q2 fruſtra cõcederetur epis illud priuilegium ſi haberent de iure communi. Aduerte tamen ꝙ in loco fluctuanti. vt in mari ⁊ fluminibus celebrare non licet alicui. Sed extra ſuam dioceſim non poteſt dare licent am celebrandi in loco non ꝯſecrato

41 Qua hora põt miſſa pticularis celebrari R'.ꝙ ab aurora vſqȝ ad nonam ẽt in cõuẽtualibus eccl'iis poteſt quottidie celebrari. de conſe.diſtin.prima.§.in ieiuniis.⁊.c.neceſſe eſt. Et hoc ſequitur Sco.in quarto.diſtin.13. Nec ob.c.nocte ⁊.c. ſolent. de conſe.di.i.⁊.c.non liceat.44.di.⁊.c. quod a patribus.⁊.c.fi.75.di. ⁊.c.vlti.76.di.quia intelligitur de ſolemnibus miſſis.ſm Ho. in ſũma.de cele.miſſa.Solemnis vero debet dici in conuentualibus eccl'iis hora ſua ſ.in vigiliis ⁊ in quadrageſima ⁊.4.tꝑibꝰ hora nona. In feſtis hora tertia. In ꝑfeſtis hora ſexta.qđ tñ coiter ñ ſuatur.q2 tardius di in feſtis ꝙ̃ aliis diebus nõ feſtiuis. ⁊ excuſant.vt pʒ in iur̃ pall'. Et ſic intellige glo. in.c.i.de cele.miſ. ⁊ alios doc.

4 Utrum poſſit dici miſſa de nocte. R'.ſm Ho.vbi.s.ꝙ non.niſi in natiuitate domini Iniſi ſʒ Rodoeñ.de licencia epiſcopi.vl' ſuperioris iminente neceſſitate.puta.q2 infirmus moritur .nec habetur eucha riſtia. Alias eam ante auroram celebrãs peccat mortaliter. Idem dicendum de celebrantibus ante dictum matutinum. ar.ii.di.c. in his ⁊.c.eccl'aſticarum. ⁊.extra.de cele.miſſa.c. primo ⁊ vltimo ſm Hoſti. Similiter d' prima.dicendum eſt vbi eſt conſuetudo ſecundum Hoſti. Quam quidem conſuetudinẽ attendo ad primam que dicitur in choro non ad eam que dicitur a priuato. Unde in religione minorum cum multe miſſe dicãtur de conſuetudine ante primam. non credo ꝙ volens miſſam dicere teneatur ꝑus dicere primam.quia ſic oporteret bis eam aliquando dicere.ſ.per ſe ⁊ poſtea in choro.quod non eſt neceſſe.ar.c.primi. de ce. miſſa. ⁊ ſic patet ꝙ poſſunt dicere miſſaʒ licite ante ꝙ̃ dicant primam.

43 Quotiens debet miſſa celebrari. R'.in eccleſiis conuentualibus ⁊ collegiatis debẽt quottidie due miſſe celebrari.ſ.vna ſecũdũ officium ⁊ alia pro mortuis.vt in.c.cuʒ creatura.de cele.miſ.in tex. ⁊ i glo. ⁊ collegialiter debent dici. Et dicit Pa.ibidẽ ꝙ peccant non ſeruantes.tamen coiter non ſeruatur. ⁊ ſic non peccant.

44 Utrum quilibet ſacerdos teneatur quottidie celebrare. R'.ꝙ non.etiam in diebus feſtiuis.vt pʒ in.c.quottidie.d' ꝯſe.di.2. Exceptis hñtibus curam aiarum.qui ad minus in diebus feſtiuis tenentur celebrare.niſi ꝑ alium ſatiſfaciãt populo.ar.c.i.d' cele. miſ. Aduerte tñ ꝙ ſi ſacerdos ob ſui i dignitatẽ ⁊ ſacri reuerentiam abſtineat non peccat. ſm.S.Bo.in.4.di.i..puta.q2 pollutus.⁊ huiuſmodi. Si vero ſtat ꝑ quadam icuria ⁊ negligentia ſua.ita ꝙ ad minus non celebret in ꝑcipuis feſtis. Et maxime in illis i quibus ſeculares deuoti ſolent comunicare Peccat quidem ⁊ ſi non mortaliter ſalteʒ grauiter.vt patet per.c.dolentes.de ce.miſ. vbi valde tales reprehenduntur. Ricar.vero in quarto.diſtin.13. tenet ꝙ tenentur in talibus diebus celebrare. Ideʒ tenet ſanctꝰ Tho.in tertia parte.q.82. ⁊ ſic videtur ꝙ ñ excuſentur a mortali quando ſine rationabili cauſa in talibus diebus non celebrant. Unde dicit idem ſanctus Thomas ꝙ licet quo ad actus ordinis qui pertinent ad corpus chriſti miſticum non teneatur. niſi qui habet ex platione.vt pdicare.abſoluere. ⁊ huiuſmodi.tamẽ celebrare tenetur. vt deo ſacrificium reddat.ẽt ſi nulli hominuʒ teneatur. Idem ẽt ponit in quarto. di.13. ⁊ põt timere ne tãꝙ̃ ſeruus nequam qui abſcõdit pecuniam domini cõdẽnetur. Quottidie autem celebrare, laudabile eſt.ſi modo ex huiuſmodi celebratione non minuatur reuerentia debita ad ſacramentum ⁊ deuotõ Si aũt minueretur.tunc aliquando ceſſandum eſt.de quo vide Euchariſtia.3.§.36.

45 Utrum inſtitutio beneficii ꝙ qs celebret omni die obliget inſtitutum ad ſic celebrandum. R'. Pa.in.c.conſuluiſti. de cele. miſ. ⁊ in.c.ſignificatum.de prebẽ. ꝙ non. quia talis inſtitutio eſt illicita ⁊ daret materiam peccandi. Et ideo taliter inſtitutus debet accipere interpretationem ab iſto tex.c ſignificatum.vt.ſ.intelligatur ꝙ debet celebrare ⁊ teneatur quanto frequentius põt. ſalua honeſtate ſua ⁊ debita reuerentia ⁊ d'uotione ad ſacramentum. ⁊ ſic intellige de quocunque beneficiato. Similiter dic quã do inſtitueretur ad dicendum miſſaʒ peculiarem quottidie.q2 hoc nõ obſtante poteſt ⁊ debet dici de feria.c.quidam. de celebra. miſſa. Et ſic patet ꝙ quis aliquãdo tenetur frequentius celebrare.

46 Utrum quis poſſit pluries dicere miſſã in die. R'. Pa.in.d.c.conſuluiſti.ꝙ nõ. Facit.d.c.conſuluiſti. ⁊.c.referente eo. ⁊.c.ſufficit.de conſe.di.prima. Niſi in duobus caſibus. Primus in die natiuitatis i quo tres poſſunt celebrari. ſiue dicatur vna i media nocte.alia in aurora. ⁊ tertia in hora debita.ſiue dicãtur ſimul in die vel vna. ⁊ poſt interuallum duas:vel econtrario.q2 ſic habʒ conſuetudo.ſed ante auroraʒ non debet dici niſi vna.ſ.illa de media nocte. Secundus reſpectu alicuius neceſſitatis.vt puta. quia aliqua magna pſona venit.puta epſ ⁊ ſiles ⁊ quos non decet tranſire diem ꝙ̃ non audiant miſſam.c.ſi. de priuil'. li.6. Et idem dic de quolibet alio magno viro.ar.c.primi.de cele.miſſa. Similiter credo quando eſſet dies feſtus preceptus ab eccleſia ⁊ alq non audierunt miſſam.licet non ſint ita magni domini per eandem rationem. Item ſi aliquis infirmaretur ad mortem ⁊ non haberetur corpus chriſti pro eo communicando. Addit glo.tertium caſum ibidẽ ſcilicet ſi eſſet conſuetum in aliqua eccleſia ꝙ dicantur due miſſe. vna pro viuis.alia pro mortuis. ⁊ nemo eſt qui ſit aptus niſi vnus ſolum.tunc poterit ambas dicere. Quartus propter paupertatem eccleſiarum.vel raritatem ſacerdotum. 21.q.prima.c.i. in ſi. ⁊ d'.elec.c.dudũ decima.q.tertia.vnio. Quintus quando due miſſe proprie occurrunt dicende.puta de vigilia ⁊ de feſto. ⁊ non eſt niſi vnus ſacerdos qui poſſit.extra de celebra.miſſa.c.primo.⁊.c. referente. ſecundum Ber. ⁊ Hoſti.in dicto.c. conſuluiſti. Intellige tamen in omnibus predictis caſibus ꝙ poteſt plures dicere.dum tamẽ purificationem non receperit. ⁊ ſit ieiunus. alias nullo modo liceret. de cele. miſſa.c. ex parte. Item ꝙ non dicat niſi duas. quia plures non licet.niſi in natiuitate.ſʒ communiter doc.

47 Quid ſi poſt ꝙ̃ ſumpſit comunionem habet hoſtiam conſecratam que ſuperfuit R'.ſm Pe. ꝙ ſi comode non habet vnde honeſte conſeruet licet ei ſumere: dummodo ſit ieiunus.ar.de conſecra.diſtin.ſecunda.c.tribus gradibus. Secus eſſet dicendũ de reliquiis.que etiã lʒ acceperit purificatõnem ante ꝙ̃ de ipſis aduerteret:tamen poſtea ſunt ſumende..tum quia non poſſunt ſic ſeruari.ymo leuiter ammitterentur propter eorum paruitatem. Et in iſto caſu ex quo eſt in actu purificationis ⁊ recollectionis reliquiarum. quicquid ſit dicitur fieri in continenti.ideſt quaſi ſimul ſumeret omnia ante ꝙ̃ cenſeatur non ieiunus. per ea que notantur in.c. olim el primo. de reſti. ſpolia.in glo. ⁊ per Bar.in.l.i.ff.de verbo ob. Quod bene nota ꝑ ſcrupuloſis.

48 Quid de illis qui propter adulationes ſecularium plures miſſas celebrant in die. Reſpondeo ꝙ peccant mortaliter. vt in.c. ſufficit.de conſecratione diſtinctiõe prima Multo magis ſi propter pecuniam. quia ſimoniacus eſt ſaltem mentalis ſi pactum non interuenit expreſſum. Si vero interuenit eſſet mentalis ⁊ realis ⁊ teneretur reſtituere quicquid accepit pauperibus ⁊ de neceſſitate.vt infra Simonia ſeptimo in principio.

49 Pro quibus debʒ dici miſſa. R'.ꝙ generaliter pro omnibus viuis ⁊ defunctis nõ tamen in ſtatu purgatorii.de conſe.diſtin.prima.c.viſum.

50 Utrum ſit dicenda pro paruulis mortuis. R'.ſanctus Tho.in quarto ꝙ ſic pro pueris baptizatis.non quia eis pſit ad remiſſionem pene quam non tollerant. nec ad augumentum glorie.ſed potius celebratur ad cõmendandum redemptõis miſterium.

51 Utrū liceat orare pro excomunicato. ℞.
Ho. in ſūma ꝙ ſic. in memento etiam ſpeci
aliter. ⁊ etiā in alijs orationibus que forūt
dicūtur generaliter. tamen n̄ ſpecialiter. q̄a
non lꝫ. de ſen. exco. nuper.
52 Quid dicendum ſi preſbiter qui promiſit
alicui dicere vnam miſſam de domina ⁊ al
teri ſeparatim aliam ꝓ anima matris ⁊ pa
tris eius. ⁊ tertiō pro ſalute ſua ⁊ ſimilibuſ.
dicat ſolū vnā miſſam de domina cū colle
cta. Deus qui nos patrem ⁊ matrem. ⁊ ali
am collectam. Omnipotenſ ſempiterne de
us miſerere famulo ⁊c̄. intendens predic
tis oībus ſatiſfacere. ℞. ꝙ ſuper hoc fuit di
uerſa opinio. Unde pro intelligentia eſt ſci
endum ꝙ miſſa quelibet que dicitur reſpec
tu operis operati. generaliter valet omnibꝰ
viuis ⁊ defunctis exiſtentibus in caritate q̄
non ſunt in patria. Secundo valet ſingula
riter illi qui eam dicit ſi digne celebrat. Ter
tio valet ſpecialiter ſi ſunt in ſtatu gratie il
lis qui faciunt eam dicere pro ſe: vl quibus
ꝑdicti vel ſacerdos per intentionem appli
cant. Quantū igitur ad generalem partici
pationem ſacerdos nihil poteſt diſponere
nec debet. quantum ad ſingularem. ſimili
ter non debet ordine caritatis eam alteri tri
buere. quia nemo debet ꝑſumere ſe habere
vltra neceſſitatem de merito. Quantum ve
ro ad tertiam ſpecialem que eſt alteri ap
plicabilis per intentionem. dicendum ē ꝙ
non minus habebit quilibet horum trium
q̄ȝ ſi pro ſingulo eorum ſingulariter eā di
xiſſet. Ratio quia deus non equaliter neqȝ
vno modo acceptat meritū miſſe applica
tum iſto tertio modo. ſed ſm ꝙ ſue bonita
ti videtur. conſiderata deuotione ⁊ ceteris
que concurrunt in eo qui eam dicere facit.
Unde aliquando vna miſſa poſſet liberare
vnam animā de purgatorio. cum tanta ca
ritate mouere poſſet ſe quis ad faciendum
eam dic̄: quam non faceret liberare ali
us faciendo dicere viginti vel triginta. Et
ſic quantum ad hoc talis ſacerdos ſatiſfec̄.
quia quilibet predictorum triū non minus
habebit de merito q̄ȝ ſi pro quolibet eorū
ſingulariter vnam dixiſſet. Et ſic intelligo
opinionem illorum qui dicunt non minus
valere vnam miſſam pro omnibus q̄ȝ ſi ſin
gulariter pro quolibet diceretur. de ꝯſe. di.
5. in. c. non mediocriter. Nec ob. ꝙ dicunt
quidam ꝙ meritum tali modo acceptum ē
finitum. ⁊ ideo quanto pluribus diuiditur
minus quilibet hēbit. quia verum ſi quili
bet totū hēret niſi alteri comunicaretur. ſꝫ
non eſt ſic. ſed tantum quilibet hꝫ de iſta ſi
nitate quantum videtur diuine bonitati. ⁊
eſt tantum ꝙ ſufficeret ꝓ oībus aīabus li
berandis: ſi mō ſic merita nr̄a mererentur.
q̄ miſſa reſpectu operis operati nihil aliō
eſt q̄ȝ applicatio meriti paſſionis xp̄i. qō p
tale ſacrificium imediate applicatur illi ꝓ q̄
d̄. ⁊ iō ſicut lꝫ multis dicitū meritum paſſi
onis xp̄i applicetur. nihilominus quilibet
non minus hēbit q̄ȝ ſi ſolū ſibi fuiſſet appli
catum. q̄a nullus ex toto pōt eum hēre. ſed
in tantum in quantum videtur diuine boni
tati ipm ꝓ tali acceptare ſꝫ eius qui dic̄ fa
cit deuotionem. Et ꝑpea ꝑp meritum paſſi
onis xp̄i quod per ſacramenta applicatur
non minus efficatie habent ſi ſimul multis
conferantur q̄ȝ ſi ꝓ vno ſolo: ſed quilibet tā
tum hēbit q̄ȝtum vſ diuine bonitati ꝓ quo
libet acceptare. Hoc pꝫ in baptiſmo. quia
ſi multi baptizantur in neceſſitate non minꝰ
hēbunt d̄ remiſſione. ⁊ ſic de alijs ſacramē
tis. Secus de alijs bonis a ſacramentis. eo
q̄a cum non ſint applicatiua meriti paſſio
nis xp̄i. Ideo ſi pluribus cōicabuntur qui
libet minus hēbit reſpectu opis opati. Et
ex hoc pꝫ q̄re miſſa magis valet ad remiſ
ſionem peccatorum ⁊ ſacramenta q̄ȝ alia o
pera. q̄ eſt ꝑp meritum paſſioniſ xp̄i quod
deo patri offertur pro remiſſōie illorum q̄
bus applicatur. quod non ſit in alijs bonis
Quo vero ad meritum generale. ſic non ſa
tiſfacit. quia quanto plures miſſe dicuntur.
tanto magis aīe viuentium exiſtentiū i gra
tia. ⁊ anime in purgatorio releuantur. vn
de magis fuiſſent releuate ſi dixiſſet treſ miſ
ſas q̄ȝ ſi ſolum vnam. Unde quantum ad
hoc non ſatiſfacit: preſertim quando plu
res miſſe dicte fuiſſet ſi ipſe n̄ acceptaſſet. ⁊
ideo tenetur ſatiſfacere vel in miſſis vel in
alijs bonis per ſpecialem applicationem.
Que credo ſi fiāt nō ſolum in vna miſſa. ſꝫ
etiam in pluribus ⁊ in alijs orationibus ⁊
bonis ſufficienter ſatiſfaciet. ſicut faciūt bo
ni religioſi qui intendunt ſatiſfacere: ne dū
in miſſis. ſed etiam in reliquis orationibus
Unde credo attenta conſuetudine. ⁊ etiam
quia non pauciores miſſe propter hoc di
cuntur. ꝙ religioſi qui ſic pro duobus aut
tribus vel alijs celebrant ſimul. vt dictum
eſt qui etiam intendunt ſpecialiter in oībuſ
miſſis ⁊ alijs bonis q̄ faciūt ꝑdictis ſatiſfa
cere ꝙ optie ſatiſfaciūt. nec illi q̄ talibꝰ faciūt
dicere minus habebunt de ſubſidio miſ
ſe. ſed etiam ſuper habundanter q̄ȝ ſi aliter
dicere facerent. Aduerte tamen ꝙ ſi ſpālr ꝓ
miſiſſet dicere miſſā de domia. vel de ſpi
ritu ſācto vſ in tali altari. aut tali die tenetur
ſeruare promiſſū. aliter non ſatiſfaceret ꝓ
miſſioni dicendo miſſā de alio vel in alio
loco. Et ſic concorda opiniones que nō. in
d. c. non mediocriter. ⁊ in. 4. di. 45.
53 Utrum idē erit ſi ſacerdos ex motu ſuo
diceret vnam miſſā pro tribus quo ad me
ritum ſpeciale. ℞. ꝙ non. q̄ ſic ad meritū
tale non concurrit niſi ſola motio ſua. que
vna non tantum valet ſicut due. vel tres reſ
pectu operis operantis. ⁊ ideo minus ha
bebunt de iſto merito ſpeciali. Idem dic
quando vnus facit vnam pro pluribus di
cere per eandem rationem. Et iſtud eſt qō
dicunt theo. vbi. ſ. ꝙ vna miſſa ſpecialiter
pro aliquo dicta pluſ ei valet q̄ȝ quando di
citur generaliter pro multis. Secus eſſet ſi
ipſe ſacerdos ꝓ aliquo diceret vnam miſſā
⁊ in eadem intenderet ſatiſfacere pro ali
quo alio qui eum rogauit. vt eam dicat ꝓ a
nima ſui patris. q̄ ſic reſpectu operis ope
rantis non minus valeret. q̄ ſic ibi ſūt due
motiones quod non eſſet in primo caſu.
54 Quid de illo qui celebrat vt deuſ perdat
aliquem vſ aliquos. ℞. ꝙ peccat mortaliter
ar. 26. q. 5. quicunqȝ. nec nocet ei ad cuiuſ ꝑ
ditionem fit. cum natura ſacramenti ſit vt ꝓ
ſit. ar. 11. q. 3. catholicā. nō. Io. ⁊ Archi. i.
q. 1. dictum. Poſſet tamen excuſari a mor
tali quando tales ſunt inimici rei publice ⁊
impeditores bonorum. vt dictum eſt ſupra
Inuidia.
55 Utrum ſtatim poſt celebrationem miſſe
ſit comedendum. ℞. ꝙ non de iure. vt in. c.
tribus. de conſe. di. 2. ſed de conſuetudine
non ſeruatur illud ius. Debet ergo ſecūdū
Pa. in. d. c. ex parte. de cele. miſſa. tam diu
ſtare donec ille reliquie ſint veriſimiliter in
corpore corrupte. Addo etiam ꝙ donec a
liquas gratias poſt miſſam deo retulerit.
56 Utrum tantū valeat miſſa boni ſacerdo
tis ſicut mali. ℞. ſecundum ꝙ colligo ex. S
Bona. Ricar. ⁊ Sco. ⁊ ſancto Tho. in. 4
di. 13. ꝙ quo ad ſacramentū ſic eſt equalis.
prima. q. prima. c. itra. Quo vero ad oratō
nes que in ipſa dicuntur in quantum profe
runtur ex perſona totius eccleſie. ſic ſimili
ter tantum valet. In quantū vero habent
efficatiam ex deuotione orantis ſacerdotis
ſic plus valet miſſa boni ſacerdotis q̄ȝ ma
li. Et ideo bene facit qui libētius audit miſ
ſam boni ſacerdotis: dummodo in ſubſtā
tialibus non credat excedere. quia pericu
loſe erraret ſecundum predictos doctores
Quis tenetur audire miſſā. ℞. ꝙ de pre 57
cepto quilibet qui nō eſt excōicatus. nec in
terdc̄s. aut legiptime ipeditus diebus feſtis.
ab ecclia ꝑceptis. de quo. ſ. Ferie. §. 42. De
bona honeſtate quilibet omni die maxime
eꝑs vel religioſus aut eccliaſticus. ar. c. ſi.
de priuil. li. 6. Et quando ſit mortale pecca
tum non audire in feſto vide in. d. §. 42.
Utrum a quolibet ſacerdote eam dicente 58
ſit audienda. ℞. ⁊ dic vt ſupra. Clericus.
8. §. 2.
Utrū ſit audienda in propria parrochia 59
li ecclia in diebus feſtiuis. ℞. ſm Pa. in. c
vt dñicis. de parro. ꝙ ſic: niſi ex aliqua cā
legiptima alibi audire velit. puta. q̄ parro
chianus eſt concubinarius publicus. vl vt
deuotius audiat q̄ melius officiatur vel ꝓ
pter predicationem ⁊ huiuſmodi. Si vero
alibi audit ex contemptu proprij ſacerdo
tis dicit ꝙ facit contra preceptum ſuperio
ris. ⁊ qui eum admittit dicit ꝙ quodāmo
do cōmittit furtum. Sed tunc dic ꝙ de iur̄
in maximis feſtiuitatibus ſicut ſūt feſta dn̄i
noſtri. ⁊ beate marie: ⁊ iohīs Bapté. ⁊ ſi
milia quilibet tenetur audire miſſam; aut i
ecclia parrochiali: aut in publico oratorio
facto a populo ſm glo. in. c. ſi quis extra d̄
conſe. di. 1. Et a fortiori poteſt audire in ec
cleſijs mendicantium ⁊ religioſorum auc
toritate ſedis aplice hedificatis. In orato
rijs aūt priuatis audientes non ſatiſfaciūt.
ſicut eſt in domibus diſciplinatorum. Sed
an peccent mortaliter tal̄r audientes ſi po
ſtea non audiunt in parrochiali: vſ publico
oratorio: aut eccleſia religioſorum. dico ꝙ
non. quia nullo cauetur iure ꝙ hoc ſit pre
ceptū. Nec ob. c. ſi quis extra. quia ibi nul
lum verbum eſt poſitum laicis quod ſit ꝑ
ceptiuum: ſed ſolum clericis ne celebrent
predictis feſtiuitatibus in talibus oratorijs
ſine iuſſu vel permiſſione epiſcopi. Simili
ter nō ob. quod ibi dicitur ꝙ ad parrochi
as eſt legitimus ordinarius q̄ȝ conuentus.
ergo ad alias non erit legitimuſ. quia non
ſequitur cum contineat abſurdum ſenſum.
quia ibi dicitur ꝙ in ciuitatibus: aut parro
chijs in predictis feſtis audiatur. ergo eti
am alibi eſt legitimus conuentus. Non
ob. etiam predictum. c. vt dñicis. q̄ ſi quis
bene attendit nihil precipitur laicis: nec eti
am omnibus ſacerdotibus: ſed ſolum ſa
cerdotibus parrochialibus ipōitur ꝙ eici
ant illum qui contempto proprio ſacerdo
te. ergo ſi audiat in aliqua ecclia que nō ſit
parrochia ⁊ ſacerdote nō parrochiali nō

debet expelli. ergo licite poteſt audire. Et ꝙ ſolum parrochialibus precipiat. patet i verbo alterius. quod eſt relatiuum ex duobus tm̄. ⁊ alius alia aliud ex pluribus: lȝ ꝓmiſcue vtantur. Et ideo niſi hēret ꝓrochiā non dicitur alterius. qꝛ predicta relatiua faciunt poſitionem regulariter eiuſdem quā litans. Item poſito ꝙ eēt aliquod ius preceptiuum eēt abrogatum per contrariā cōſuetudinē. vt. ſ. Conſuetudo. §. 9. pȝ.

m **M**iſericordia ſm̄ Augu. 9. ꝺ ciui. dei eſt aliene miſerie in corde noſtro compaſſio qua ſi poſſumus ſubuenire cogimur. Eſt ēt miſericordia diminutiua penarum. quaȝ impedire non poteſt exceſſus ire. Et nota ꝙ miſericordia. pietaſ. ⁊ clementia. ⁊ manſuetudo conueniunt in ꝙ̄tum in eundem effectuȝ concurrunt. que. ſ. eſt ꝓhibere mala ꝓximorū. ſed differunt ꝙ̄tum ad motiuum. qꝛ miſericordia hoc facit ex amicitia quam habet cū proximis. Pietas vero ex reuerentia quam habet ad aliquem ſuperiorem. ſ. deum vel parētē. Manſuetudo inquantum remouet iram incitantem ad vindictam. Clementia vero hoc facit ex animi lenitate in quantum iudicat equū eſſe. vt quis amplius non puniatur. Crudelitas tamen que culpam attendit. ſed modū in puniēdo excedit opponitur proprie clementie que dicit quādam animi lenitatem ſiue dulcedinem per quam quis ē diminutiuus penarum. Seneca vero. li. 2. de clemētia. dicit ꝙ clementia eſt lenitas ſuperioris ad inferiorem. Manſuetudo autem cuiuſlibet ad quemlibet: Sepiſſime tamen accipitur miſericordia ꝓ clementia. ⁊. manſuetudine. ⁊ pietate.

i Que ſunt opera miſericordie ſpiritualia. ℞ ꝙ. 7. in hoc verſu contenta. Conſule. ſ. dubitantem ꝑ doctrinam. Caſtiga. ſ. per cōrectiōeȝ. Solare afflictum. Remitte iniuriā. Fer defectus aliorum. Ora pro omnibuſ ⁊ doce ignorantes. Et que ſunt opera miſericordie corporalia. hēs. ſ. Elia. §. 9.

m **M**oderamen inculpate tutelle quid eſt. vide. ſ. Defenſio. §. 4.

m **M**odeſtia dī a mō ꝗ alñ eſt in moderando motū aī ab excellētia ꝑ humilitatem. Aliqñ a ꝑtinentibus ad cognitōnem. vt eſt ſtudiuȝ. Aliqñ quo ad corporales actus. ⁊ actōes. vt decenter fiant: ⁊ non ſcurrilliter. ⁊ huiuſmodi. Aliqñ vēo quo ad apparatū exteriorem. Et iō modeſtia ē circa minora. Tempantia vero eſt in refrenatōne delectationis boni difficilis. Et ꝑpea differt ab ea.

**M**ollities opponitur ꝑſeuerātie ſm̄ phm̄. 7. ethi. dr̄. n. proprie ſȝ phȝ mollis qui recedit a bono propter triſtitias cauſatas ex dſectu electionum quaſi cedēs debili mouenti. Dicitur etiam alio modo mollities ꝓut eſt contra caſtitateȝ. que alio modo dicitur imunditia ſeu voluntaria pollutio. vt patet ex glo. 1. cor. 6. ibi. nec adulteri: nec molles. vbi glo. i. muliebria patiētes Et iſto modo ſemper eſt mortale peccatuȝ vt ibi. patet. Sed primo modo nō ſemper. ſed quando recedit a bono neceſſario faciendo.

**M**onacus grece latiē ſingularis dr̄. qꝛ dȝ eſſe ſingularis. i. ſeperatus a cōuerſatōne ſeculari. vt. 16. q. 1. c. 1. iuncta glo. ibidem. Unde ibidem in. c. monacus. dicit monacus non doctoris: ſed plangētis officium hēt qui vel ſe vl' mundū lugeat. ⁊ dn̄i pauidus preſtoletur aduentum. hec ibi.

In quo differt monacus a conuerſis ⁊ oblatis. ℞. Pa. in. c. nō eſt de regula. ꝙ cōuerſi ſunt qui obtulerunt ſe ⁊ ſua mutando habitum. tn̄ ſeculares ſunt. qꝛ non ꝓmouētur ad ordines. Oblati vō ſunt qui ſe ⁊ ſua obtulerunt monaſterio. habitu tn̄ nō mutato. Et vt dicit glo. 27. q. 1. vt lex. Iſti cōuerſi ⁊ oblati magis aſtringūtur monaſterio ꝙ̄ monaci. vñ nec etiam cauſa artioris religionis poſſunt tranſire ad alia monaſteria ꝙ̄ ꝙ̄ petant a ſuperiore licentiam. qꝛ efficiunt quaſi ſerui monaſterij. Monaci vō hodie ꝓmouētur ad ordines. 16. q. 1. in multis. c. 1

Utrum monacus poſſit preficí in aliqua eccleſia. ℞. Pa. in. c. monaci de ſta. mo. ꝙ ſolus non. vt. in. c. 2. eo. ti. ⁊ in cle. ne i agro. §. ad hec. eo. ti. Cum ſotio vero monaco pōt de licentia ſui abbatis. alr̄ nō. 58. di. c. 1. ⁊ 2. qꝛ nō habet nec velle nec nolle in hoc. c. ſi religioſus ⁊. c. quorūdā. de elec. li. 6. 2

Utrum monacus poſſit habere curam aīaꝝ ℞. Pa. in. c. 1. ꝺ capel. mo. ꝙ nō in eccleſia vbi monaci collegialr̄ habitant. ſed dȝ ab epō capelanus inſtitui qui ꝑpl'm regat de cōſilio monacoꝝ. In alijs aūt locis pñt dputari. vt patet in. d. §. ad hec: dummodo non ſolus. vt dictum eſt. 3

Utrum poſſit monac⁹ fieri canonicus eccl'ie ſecularis. ℞. ꝙ nō. c. in noua. 16. q. 7. ꝺ elec. cū cām ꝗ iter ſȝ Io. 24. di. quorūdam 4

5 Utrum monacus poſſit preficí eccl'e quoruȝ cūꝗȝ regularium. ℞. ꝙ nō. vñ ſi eligit qs alterius religionis in prelatum non valȝ electio. Cle. cum rationi. de elec.

6 Utrum poſſit eligi in epm̄. ℞. ꝙ ſic. vt in. d. Cle. cū rationi.

7 Utrum monacus deputatus alicui eccl'ie ēt epatus teneat ad obſeruātiaȝ regule ſue. ℞ ꝙ ſic ꝙ̄tū ad tria ſbalia regule. ⁊ vt bitum deferat ēt ſi ſit eps. de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici officia. in fi. nec ex eo ꝙ hēt adminiſtratōeȝ dr̄ hr̄e ꝓprium. qꝛ eaȝ tn̄ hēt rōne officij ſibi ipoſiti. de ſta. mo. c. monaci: §. 1. In obia vō diſtinguit. qꝛ ſi trāſit ad epatum ex toto abſoluit a iuriſditōne abbatis. 18. q. 1. c. vnico. Si vō trāſfert ad eccliaȝ ſecularē ꝗ ñ ē ſbiecta Abbati ſuo nec in ſpūalibus nec in tpalibus ex toto eximitur ab obia Abbatiſ. 16. q. 1. i ꝓrochia. ſi vō ſit ſolū ſbiecta abbatiu tpalib⁹. ſic eximitur ab obia abbatis ꝗ ad ſpūalia. 16. q. 2. viſis ⁊. c. ſane. Si vō ſit ſubiecta quo ad ſpūalia ſolū. ſic eximitur ꝗ ad tpalia. Si vō ſit in oībus ſubiecta. ſic ex toto obediet abbati. Quo vero ad alia a tribus votis ⁊ ab habitu nō ꝓximit abſolute. Nā ab eſu carnium tenetur abſtinere: ſic añ niſi diſpēſaret cū aliquo monaco a papa vt ſolus ꝑficeret alicui eccl'ie. ⁊ ſine ſcādalo illoꝝ cū qbus viuit ñ poſſet abſtinere. qꝛ tūc comedē poſſet. ſm̄ Gofre. alliār. c. qſqs. 41. diſtinctione. Factus epiſcopus ſm̄ Hoſti. ⁊ videtur ſequi glo. in. c. carnem. de conſe. di. 5. ēt pōt comedere. Ieiunia vō ⁊ ſilētiū ⁊ vigilias ſeruare nō tenet. vt dr̄. 16. q. 1. c. nemo. Et breuiter ſi attēdant vba. d. c. nēo. dico ꝙ ab illis ſolūmō abſoluitur ꝑceptis regule que comode nō pōt ſeruare cū exercitio ꝑlationis ſibi ipoſito. ſed illa ꝗ ne dū nō ipediunt officiuȝ ꝑlationis ymo potius adiuuant credo ꝙ teneatur ſeruare. Quod bene nō. Et ſic intellige. 21. q. 1. monacum.

8 Sȝ quid de officio. ℞. vide. ſ. Hore. §. 15.

9 Sed pone ꝙ predēs monacus idiget aliqua diſpēſatione ad quē recurret. ℞. ꝙ ſi talis eccl'ia ſubeſt Abbati in ſpūalibus ad ipȝ abbatē recurret. Si vō ſubeſt epō. nūc epm̄ habebit loco Abbatis. c. ſi qs monacus. 16 q. 1. Si vero ſit exempta illa eccl'ia ⁊ imediate ſub papa. ſic oportebit ad ipm̄ papā recurrat. ar. eoꝝ que dixi. ſ. Exempt⁹. §. 6.

10 Que ſūt que precipiuntur vel ꝓhibentur monacis ſpalr̄ in iure. ℞. ꝙ ſūt. 10. que notātur in. d. cle. ne in agro. Primū qđ precipitur ē delatio habitus debiti ſm̄ formā in d. cle. poſitam. Scđȝ ꝙ oī mēſe cōfiteātur ⁊ ſuſcipiāt eucharíſtie. ſacrm̄. Tertiū ꝙ ille ꝗ preeſt exponat regulaȝ vulgariter in caplo vel ab alio exponi faciat. Sȝ predicta ſolū aſtringūt monacos nigros. vt i. d. cle. nōt. Quartū ne vtātur camiſijs. vt in. c. cum ad monaſteriū. de ſta. mo. Quintū ꝙ ſeruēt ſilētium cōtinuum in dormitorio. refectorio ⁊ oratorio. In clauſtro vero certiſ horis. ibidem. Sextū ꝙ faciāt capitula de triēnio in triēniuȝ. c. in ſingulis. eo. ti. Septimū aucupationes ⁊ venatiōes iterdicūtur eis. d. cle. ne in agro. Octauum ne ad curias principum vadant vt ſuis monaſterijs dānum inferant. alr̄ ſunt excōicati illi qui adminiſtrationem nō habent: Nonum ne arma infra ſepta monaſterij teneant. Et de iſto ⁊ ſuperiori: vide. ſ. Excōicatio. 7. caſu. 38. Decimum ne carnes comedāt. niſi in neceſſitate vt in. d. c. cum ad monaſteriuȝ. Multa ſūt alia que ne dum eis: ſed ēt oībus religioſis ſunt prohibita. que vide. ĩ. Religioſus. §. 65.

Quid de monacis qui in illis monaſterijs comedunt carnes in quibus memoria nō extat ꝙ ñ comedīt. ℞. d. Car. cōſuluit vt recitat Pa. i. d. c. cū ad mōaſteriuȝ ꝙ i puncto pñt comedē vt ex ꝗ ipi ñ fuerīt auctoreſ nec appet ex qua cā fuit itroductū pōt ꝑſumi ex aliqua cauſa legitima introductuȝ Secus qñ ex corruptela. qꝛ nō excuſātur. de conſue. C. cum tanto. Sed de hoc dic vt. ĩ. Religioſus. §. 52. 11

Utrum appellatione monacorum veniant alij religioſi. ℞. Pa. in. c. ex parte. de poſtulando. ꝙ quando conſtitutio emanat reſpectu religionis: licet loquatur de monacis. tamen extenditur ad omnes religioſos cuiuſcunꝗȝ religionis. Et hoc niſi poſſit aſſignari ratio diuerſitatis iter eos ⁊ monacos. Quod nō. 12

Utrum monacus poſſit confiteri epiſcopo vel pñtario. ℞. ſm̄. Rodo. ꝙ ſic niſi ſit exemptus vel priuilegiatus a papa. 13

**M**onaſterium an obligetur ex facto monaci. ℞. ꝙ non neꝗȝ ex delicto. neꝗȝ contractu. niſi in duobus caſibus. Primus ſi hoc ſit verſum in vtilitatem monaſterij. quia in tantum tenetur: ⁊ non plus. ar. 10. q. 2. hoc ius. Scđus ſi a conuentu ſit commiſſa adminiſtratio. quia in tantum in quantum ſe extēdit adminiſtratio in tantum obligatur. ⁊ non plus.

ſm Inno. in.c.olim.de priuil. Et hoc intelli
go tā de monaco ꝙ̄ abbate. Facit i ar. ꝙ nō
obligetur. inſti. ꝺ aucto.tuto.in pricipio.vi
de glo.ii.q.i.de pſona.
1 Utrum poſſit acquiri per monacum obli-
gatio alteri monaſterio. ℞. ſic etiam p mo-
nacum fugitiuum. vt.ff. de acqui.poſ.l.i.
18.q.i. Abbates.
2 Utrum relictum monaco cum tali cōditio
ne ꝙ nihil acquiratur monaſterio valeat. ℞
ꝙ non: niſi talis cōditio intelligatur ꝙ ni-
hil acquiratur monaſterio reſpectu vtilita-
tis: non reſpectu iuris. ſicut nō. Bar. i aūt.
excipitur. C. de bo. que libe. qꝛ nūc valet. qꝺ
eſt dicere ꝙ conuētus pmittat illum admi
niſtrationem habere relicti: ſicut ⁊ ſeruus
dicitur habere proprium. vt.l.18. qui ſuis.
ff. de manu. ⁊ facit quod legitur ⁊ nō. i glo.
l. lucius. §. tres heredes. ff. ad tre. Quod q
dem dictum Bar. Limito verum qñ talis
adminiſtratio refertur ad caſum licitum. ſ.
vt diſpenſet in pios vſus: quod religioſis
licet etiam. de teſtamen. c. ſecundo. libro
6. vel vt conuertat ad vſum veſtimētorum.
vel librorum. ⁊ huiuſmodi. Non autē lice
ret vt poſſet adminiſtrare ad libitū illa bo
na tamꝗ̄ propria etiam de licentia pape.
d.c. cum ad monaſterium.
3 Quid ſi Abbas non vellet cōſentire vt p-
dictam licitam adminiſtrationem ſuſcipe-
ret. ℞. Relictum non valebit ⁊ remanebit
apꝺ grauatū. l. vnica. C. de ca. tollē. ⁊ glo.
in d. § tres heredes
4 Utrum bona igredientis pertineāt ad mo
naſterium iure ſucceſſionis. an iure traditio
nis inter viuos. ℞. ꝙ magna eſt controuer
ſia inter doc. ⁊ glo. iuſ. ciuil. de quo vide.
Albri. in aūt. ingreſſi. C. de ſa. ſan. eccle.
Sed tu tene verius eſſe ꝙ iure ſucceſſiōis.
Unñ ſi leſū fuerit poterit reſtitui ad mino
ris ſimilitudinem. vt. C. ſi vt ab here. ſe ab.
per totum.
5 Quid de bonis ingredientiū ordinē mi
norum: aut aliorum qui nihil poſſunt ha-
bere. ℞. Albri. in d. autē. ingreſſi. recitat
opiniones quatuor. Prima ꝙ habeantur
pro derelictis. Scꝺa ꝙ pertineant ad ueni-
entes ab inteſtato. Tertia. ꝙ ad epiſcopum
in cuius dioceſi ſubſunt. Quarta ꝙ acqui-
rantur eccleſie romane cui ſubſunt ⁊ inde
alantur. Et hec eſt verior. de quo non me
extendo. quia habēt omnes tales priuile-
gia in huiuſmodi. quibus oportet ſtare. ⁊
vide. s. Legatum primo. §. 5.
6 Utrum acquiſita per monacum expulſū
vel fugitiuum efficiantur monaſterij ſui. ℞
vt colligo ex nō. ab Inno. in. c. cum olim.
de priuil. ⁊ Ho. in ti. de infantibus expo.
⁊ alios. ꝙ ſi monaſterium noluit eum reci
pere vel maior pars capituli. ſic erunt epi
vel alterius monaſterij ſi ipm eſt ingreſſus.
Si vero ſolus Abbas. vel minor pars fuit
in culpa. ſic acquiret monaſterio ſuo. Si aūt
non curauit redire talis monacus. ⁊ totum
monaſterium videns eum vagabundū ne
glexit. ſic ſimiliter acquiret epiſcopo. vel alij
monaſterio ſi quod ingreditur. ſicut de ſer
uo dicitur in. l. quod ſeruus. ff. de ſtipu. ſer
uo. ꝙ ſit apprehendentis. Quod ſi mona-
ſterium repetijt. ſed non potuit obtinere ali
quo impedimento. ſic acquirit monaſte-
rio ſuo. in aūt. de ſan. epiſ. §. ſi monacus.
Prelatus. n. poteſt monacum fugitiuum
vendicare cum omnibus bonis per eum
acquiſitis. c. Abbates. 18. q. 2. Aut ſi forte ad
aliud monaſterium ſit tranſlatus propter
peccatum ſuum. puta. quia ponitur in alio
monaſterio ad penitentiam faciendam. ⁊
huiuſmodi. 27. q. i. c. ſi qua monacarum.
ſic bona illa que proprio monaſterio attule
rat. quo ad vſufructū erunt ſecundi mōa-
ſterij. 16. q. 6. de lapſis. ⁊ poſt eius mortem
redibunt ad primum. Si vero tranſit ad ſcꝫ
monaſterium licite. quia ſtrictius. vel quia
promouetur in prelatū alterius. ſic tenent
aliqui in. c. ꝙ a te de cle. cōiuga. ꝙ quicqd
acquiret poſtea erit ſecundi. ſed alia primi
⁊ videtur tex. pro hoc. 18. q. i. in. c. vnico.
Alij dicunt ꝙ omnia ſibi vndecunꝗ̄ pro
uenta erunt ſecundi. vel dignitatis quia vi-
dentur accedere ad perſonam licet expreſ-
ſe fuerunt collata tempore ingreſſus ratio
ne predicta. ⁊ illud. c. vnicum loquitur ꝺ a
quiſitis ex induſtria monaci quia erunt pe
nes primum monaſterium in quo ea acqui
ſiuit. ⁊ hoc vltimū ſentit dominus. Car. in
d. c. ꝙ a te. Pa. vero ibidem tenet vt bona
patrimonialia ſequantur perſonam. ar.
huius. c. ꝙ a te. ⁊. c. ex tranſmiſſa. de renū.
⁊. l. 2. ff. de colle. illici ⁊ hoc ſequi videtur
Hoſti. ⁊ Io. An. i d. c. ꝙ a te. ⁊ magis pla
cet mihi opinio. Cardi.
Utrum monaſteriū poſſit grauari noua 7
ꝯſuetudine: ſeruitio: vel onere. Reſpōdeo
ꝙ non. Niſi a principio de cōſēſu epiſco
pi a patrono ſit ei impoſita vt in. c. ſcientes ꝺ
cenſi. non tamen intelligas ꝙ in dote ne-
ceſſaria poſſit etiam a principio imponi ali
quod onus. ſed intellige in alijs a dote pre
dicta:

8 Utrum quis poſſit frequētare monaſteria
monialiū. ℞. ꝙ nō niſi ex cauſa manifeſta
⁊ rōnabili. aliaſ poſt admonitionem freqn
tantes ſi ſunt clici deponātur. ſi laici excōi-
cētur. c. monaſteria de vita ⁊ ho. cle.
9 Utrum monaſteria duppla feminaꝝ
⁊ religioſorum ſint licita. ℞. ꝙ nō vt in. c.
diffinimus. ⁊. c. in decima. 18. q. 2.
10 Utrum quis poſſit preſici duobus mōa-
ſterijs. ℞. ꝙ nō ſicē nec plibus eccl'ijs curā
habentibus aiaꝝ. niſi vnum dependeat ex
alio de preben. c. cum ſingula. li. 6. ymo pl9
ſi monaci vnius monaſterij: prioratus vel
eccliās aut adminiſtratōnes ſeu officia vni
us monaſterij ꝯſueta per eiuſdē monacos
gubernari ſine licētia pape cōmitterēt mo-
naco alterius monaſterij ſunt priuati aucte
prouidendi ea vice ⁊ recipiētes ſunt inhabili
biles ipſo iure. d. c. cū ſingula. §. ſi.
11 Utrum Abbas poſſit vſufructum alicui9
rei relictum monaco ei auferre. ℞. ꝙ ſic p
nō. in aūt ingreſſi. C. de ſa. ſā. ec. ⁊ in. c. 2.
de ſta. mo. Sed quid ſi addatur ſi moleſtet
monacum cadat a legato. glo. in. l. lucius. §
tres heredes. ff. ad treb. Hanc qōnem for-
mat ⁊ ibi Bar. ⁊ per cy. in. l. quotiēs in ſi.
C. de dona. que ſub modo ⁊ per Bar. ⁊
Bal. ⁊ Io. de ymol. in. l. ſi alienū in prin.
ff. de here. inſtituēdis. Et concludit ꝙ ſi le-
gans diſponat per viam pene non valꝫ. qꝛ
ipoſitio pene ſuper facto impoſſibili de iur
l de facto ñ valet vt. l. cerdonē. ff. op. liber.
2. l. i. C. de hijs que pe. nomie. Sed ſi vult
nō poſſit moleſtari dicat lego vel relinquo
vſufructum tali monacho donec ⁊ quouſ-
ꝗ̄ Abbas faciat ei queſtionem ⁊ ex nūc nō
relinquo ita dicit Bal. i. d. l. i. in. 7. q. ⁊ pau
lus de caſtro in. d. §. tres heredes Sed i eo
quod habuit monacus añ cōtrouerſiā po
terit Abbas cōtrouerſiam facere ⁊ illi au-
ferre ſcꝺm predictos.

## Monialis non debet ha- bere ſingularē

habitationem ſed cōiter tam in ec
cleſia ꝙ̄ in refectorio ⁊ dormitorio eē dꝫ.
18. q. 2. pernitioſam vt ſibi ſint teſtes caſtita-
tis ⁊ honeſtatis vt in aūt. de mona. §. cogi
tandum.
Non debet loqui monialis cū aliquo mo
naco niſi cū ſotia. vel pñte Abbatiſſa ⁊ bre
uiter. c. diffinimus ⁊. c. in decima. 18. q. 2.
Utrum poſſit cantare in choro cum mona
cis. ℞. ꝙ non vt in. d. c. pnitioſam.
Utrum moniales teneantur ſeruare clau-
ſuram. ℞. ꝙ ſic omnes vt in. c. periculoſo
de ſta. re. li. 6. Nec obſtat quod quidam di
cunt ꝙ non pōt eis indici vita artior ipſis in
uitis. quia hoc non pertinet ad artiorem vi
tam. ſed ad conſeruationem honeſtatis de
bite. ⁊ ideo non excuſantur a peccato mor
tali que non obſeruant clauſuram cum poſ
ſint. pōt tamen Abbatiſſa exire pro homa
gio faciendo cum honeſta ſotietate. ita tamē
ꝙ ad alia ñ diuertat. Similiter ſi eēt aliq̄ q̄
notabili morbo laborans ſine aliarum in
fectione ibi eſſe non poſſet vt in. d. c. pericu
loſo vbi prelatis ipſarum precipitur ꝙ pro
uideant. ⁊ ꝙ nō permittant patere acceſſus
quarumcūꝗ̄ pſonarum ad eas. niſi ex rōna
bili cauſa. ⁊ manifeſta ⁊ ꝙ ſingulis annis
eaſ viſitent. ⁊ ille que ſunt ita exempte ꝙ im
mediate ſubſunt pape dꝫ eps aucte aplica
viſitare vt nō in cle. attendentes de ſta. mo.
⁊ in. d. c. periculoſo.
Utrum teneat receptō monialium non 4
mendicantium facta vltra numerum earū
que poſſint ſuſtentari ſine penuria de pro-
uentibus monaſterij. ℞. ꝙ non. ymo ipſo
iure eſt nulla. d. c. periculoſo.

## Moneta quot modis falſa tur. Uide ſupra.

Falſarius. §. 4. ⁊. 5. ⁊ de qua de-
bet fieri: Solutio vide. ſ. Solutio. §. 2.

## Mora Incurritur cū quis ñ facit id quod facere te

netur ⁊ eo tempore vt notat in. c.
vltio de locato
An requiratur monitio vt quis conſtitua 1
tur in mora. ℞. ꝙ ſi dies eſt appoſita obli-
gationi non requiritur quia dies interpel-
lat pro homine. d. c. vltimo ⁊. C. de con-
trahē. ⁊ co. ſtipula. l. magna de quo vide
obligatio. §. 8. Si vero dies nō eſt appoſi-
ta obligationi nec alia conditio ſic requi-
ritur monitio ſecūdum Bal. in. l. non igno
rat. C. de fructi ⁊ li. expen. ⁊ Angelum in.
l. ſi manumiſſori. C. ꝺ obſe. pa. pre. ⁊ Pa.
in. c. licet heli de ſymonia ⁊ in. c. 2. de ac-
cuſat. Facit lex in fidei commiſſi ⁊ ibi eſt ca
ſus aureus. ff. de vſuris ⁊ in. l. quidam ybe
rus in verbo qua de re volo vt cum ybero
loquaris. ff. de ſerui. vrba. predi. ⁊ id qꝺ
legitur. ⁊ notatur in. l. debitores. preſentes
prius de nuntiationibus conueniendi ſunt
C. de pigno. ⁊ in. l. ſi ex legati cauſa. ff. de
verbo. obli. ⁊ i. c. accuſatō. 2. q. 7. licet glo.
dicat in. d. c. licet heli ꝙ in pecuniarijs ad-
monitio eſt de honeſtate non de neceſſita-
te. Tamen Ludouicus de roma i ſuis no-
tandis tenet ꝙ ſi debitor citatur ſine moni

tione ⁊ confitetur debitum ꝙ debet actor
condemnari in expenſis ſi poterit probare
ꝙ non fuit monitus. quia debitori incõbit
probatio: ⁊ ſic negatiua. Ratio q2 ius pre
ſumit ꝙ creditor monuerit eum. quia cõ-
muniter ſic ſolet fieri. vt dicitur in. d. l. in fi-
deicomiſſi. Et iſtud ē veriſſimū de iur fori
Sʒ d iur poli teneo ꝙ ſi creduō ex tiore ēt
reuerentiali nō audet petere debitū l' igno
rat. ꝙ tunc etiam ſine monitione conſtitua-
tur debitor in mora: alias non. qa ex quo
ſcit ꝙ ei debetur ⁊ ſine omni reſpectu pōt
petere ⁊ non petit videtur conſentire ꝙ te
neat. Et ſic intellige. l. in omnibus obligatō
nibus. ff. de re. iur ⁊ theologos in quarto
Attendite ꝙ moroſus tenetur etiam ad re-
ſtitutionem damni dati ei cui non ſoluit ⁊
lucri ceſſantis. ſm ea que dico. ſ. Uſura. i.
§. 14 ⁊. 30.
2 Quomodo purgatur mora. R. ꝙ ex cele
ri ſolutione ante requiſitionem factā. vt nō
in. d. c. vltimo. Facit. c. cum Bertoldus. de
re. iudi. ⁊. c. ex tue. de cle. non reſi. Aduer-
te hic ꝙ mora ⁊ culpa equiperantur: niſi i
hoc ꝙ mora eſt purgabilis. l. ſi ſeruum. §.
ſequitur. ff. de verbo. obli. Et ſic poteſt in-
telligi. l. ſi is. in fi. ff. de iur. doc. Et iō ſi res
que eſt reſtituenda vel damna eodem mo
do eſſet peritura apud dominum vel eum
cui ē danda nō tenetur moroſus. l. fi. §. i. ff.
ad le. ro. de iac. ne creditor lucretur cū alie
na iactura. Hoc ſequitur fulgo. in. l. quod
te. ff. ſi cer. pe.
3 Sed quid ſi dubitatur an peritura fuiſſet.
R. ꝙ debitor moroſus non liberatur. quia
interpretatio fit cōtra eum. l. cum res. §. fi.
ff. de le. primo.

**Mors** eſt triplex corporalis ſpūalis ⁊ gehennalis de pe. di. vltia. c. vltimo.

i Utrum quis poſſit ſibi infligere morté cor
poralem. Uide. ſ. Homicidium. i. §. ſecūdo
2 Utrum mors temporalis ſit ſatiſfactoria
pro peccatis. R. Sco. in. 4. di. 21. ꝙ mors
naturalis ꝙuīcūꝙ ſit neceſſaria. tamen ſi
voluntarie acceptetur eſt ſufficiens pena
pro omnibus peccatis venialibus. ⁊ forte
pro magna parte pene debite pro mortali-
bus. Ex quo infertur ⁊ ꝙ multo magis eſt
ſatiſfactoria mors que infligitur alicui eti-
am pro peccato ſuo ſi voluntarie ⁊ patien
ter ſuſtineatur.
3 Utrum mortuus reſuſcitatus reſtituatur in
integrum. R. vt elicitur per glo. ⁊ Archi.
in. c. 2. 32. q. 7. ⁊ per Jo. An. ⁊ Pa. in. c.
fraternitatis. de fri. ⁊ male. p9 An. ⁊ Ber.
bri. ꝙ quo ad ea que imprimuntur in aia
non perdidit. ⁊ ideo non reſtituitur. Unde
ſacerdos reſuſcitatus non reordinatur nec
baptizatus. ⁊ huiuſmodi. Jo. An. idem ſē
tit etiam in profeſſione: licet caracter non i
primatur. q2 obligatio acquiritur deo qui
non moritur. c. ſi. de condi. appo. Sʒ Pa.
tenet contrarium in hoc. q2 talis obligatio
eſt reſtricta ad tempus propterea pfitentes
dicunt. toto tempore vite mee pmitto ⁊c.
Et hoc credo verius ⁊ opinio Jo. An. mi
litaret quando quis ſimpliciter promit-
teret ſeruare talem regulam. In alijs au
tem in quibus nec caracter imprimitur.
ſed adherent corpori. Jo. An. dicit ꝙ non
reſtituitur nec recuperat. quia actio ſemel
extincta non reuiuiſcit. c. ex tranſmiſſa. de
renun. Sed glo. in. l. ex his. ff. de legi. ⁊ in
l. ſeruus effectus. ff. de actō. ⁊ obliga. tenet
ꝙ recuperet indiſtincte. Unde dicit ꝙ rum
pet teſtamentum quod ante fecerat ⁊ re-
cuperat bona. Archi. vbi ſupra tenet ꝙ re
ſtituitur quaſi iure poſtliminij. Et idem te-
net Jo. de ſanto. ⁊ bene. Ratio quia ſi re-
ſtitutio principis in integrum refertur ad
omnia. l. i. C. de ſen. paſ. 2. q. 3. quotiens in
fi. ergo fortius reſtitutio dei. Sed tu dic ꝙ
ſicut non extinguitur obligatio illius qui
promiſit nauem alienam. ſed ſolum ceſſat
ſi huius dominus nauem deſtruat animo re-
parandi eam ex eiſdem lignis quia eadem
nauis cenſetur. vt in. l. qui res ſuas. §. areaʒ
promiſiſti. ff. d ſolu. Sic in propoſito quia
dominus diſſoluit talem animo vt poſtea
ex eiſdem pulueribus reſuſcitaret. Et opi-
nio contraria poſſet ſeruari quando fuiſſet
morte reſolutus non animo reſtaurandi.
quia tunc nauis licet reſtauretur non eſt ea
dem. ſed i iſto caſu non poteſt eſſe. In ma
trimonio tamen certum eſt ꝙ non reſtitui-
tur niſi de nouo contrahatur iterum. quia
ſemel fuit diſſolutum ex morte. ⁊ ideo non
recuperat iur. poſtliminij. vt in. l. non vt a
patre. ff. de capti. ⁊ poſtlimi. reuer. ſecus
in alijs. vt dictum eſt. Bar. etiam in. l. pria
C. de ſa. ſan. eccle. tenet ꝙ reſuſcitatus ite-
rum moriturus. vt Lazarus recuperat ⁊
reuocat teſtamentum. ſic per natiuitatem
filiorum. ſed reſuſcitatus non amplius mo
riturus non rumpet.
Utrum ſpolians mortuos peccet. R. ꝙ
ſic. ⁊ grauiſſime punitur ſecundum leges.
vt de ſepul. viola. l. pretor. §. aduerſus eos.
⁊ phus quarto ethicor. latronibus tales
ānumerat.
Utrum mors ciuilis equiperetur morti na
turali. R. Ge. in. c. ſuſceptum. de reſcri. li. 6
Archi. ibidem ⁊. d. Anto. in. c. licet. de offi.
dele. plene proſequitur. Sed tu conclude.
ꝙ aut verbuʒ mors profertur a iure in ma
teria ſtricta ⁊ exorbitanti a iure communi.
Et in dubio intelligitur de morte naturali
vt in. d. c. ſuſceptū ⁊. l. 3. §. hec verba. ff. de
nego. ge. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. Aut ius non eſt
ſtrictum in quo ſcribitur mors: ſed eſt ex-
tendibile ex identitate rationis. Tunc ſi
mors ciuilis non habet per omnia eūdem
effectum quo ad id de quo agitur queʒ ha
bet mors naturalis non extendetur nec e-
quiperabitur morti naturali. vt dicit glo. in
d. c. queſitum ⁊ in. d. c. licet alias ſic. Si
vero verbum mors profertur ab homine.
tunc in dubio non equiperatur: quia ver-
bum hominis debet referri ad morteʒ na
turalem. vt in. l. ex ea parte. §. Inſulani. ff.
de verbo. obli. Jo. autem. 16. q. i. placuit di
cit ꝙ regulariter mortis appellatione itel-
ligitur naturalis mors.
Quis dicatur eſſe in mortis periculo. R.
Infirmus quotidiana febre Obſeſſus in
loco vbi machine iaciuntur: vel a talibus
hoſtibus qui eū volunt occidere. Nauiga
turus per loca periculoſa. vel iturus per
loca iſidioſa. Aut etate confectus ⁊ huiuſ-
modi. vt patet. ff. de do. cauſa. mor. l. mor-
tis cauſa. cum tribus. ſequentibus. Uel dic
ꝙ arbitrium boni viri eſt ſequendum. vt
penſatis conditionibus iudicet ſi probabi-
liter imminet periculum mortis ⁊ tunc di-
catur in periculo mortis.
Utrum liceat requirere a moriente ꝙ ſi-
bi reuellet ſtatum ſuum poſt mortem. R.
ſecundum Tho. in quol. ꝙ ſic: dummodo
hoc ſubintelligatur ſi deo placuerit ⁊ hoc
non fiat ex infidelitate vel dubitatione fi-
dei.

**Mulier** Uide ſupra. Femina.

**Multiloquiū** ſecundum Alex. ſecunda ſecūde. de multilo-
quio dicitur vt eſt multitudo lo-
quutionis cum ſuperfluitate. vel preter vti
litatem vel neceſſitatem. Et ſic intelligitur
illud puer. io. In multiloquio non deerit
peccatum. Aliud tamen eſt proprie loquē-
do multiloquium aliud verboſitas ſiue lin
guoſitas. Quia linguoſitas ſonat i contēp
tum prouenientem ex conſuetudine ſuper
flue ⁊ inordinate locutionis. Multiloqui
um vero non determinat tantuʒ quantum
linguoſitas. ſed ſtat in genere. ⁊ licet ſit ve
niale. tamen liguoſitas pōt eſſe mortale.
Unde. Job. i. Nunquid verboſus iuſtifi-
cabitur. quaſi dicat non.

m **Munus** tribus modis dicitur. Aliquando ca
pitur pro dono. quod quideʒ eſt
proprie id quod ſpōte preſtamus ⁊ ex nul
la neceſſitate vel iuris officio. quod quideʒ
ſi non preſtaretur nulla eſſet reprehenſio
vt. ff. de ver. ſi. l. munus proprie. Differt ta
men quia munus eſt donum cū cauſa. Do
num vero ſe habet in plus. quia etiam ali-
quando ſine cauſa. vt patet in. l. inter donū
⁊ munus. ff. de verbo. ſi. Aliquando capi
tur pro officio cum honore. Aliquando
pro honore ſine onere. vt habetur de hijs
omnibus in. l. munus tribus modis dicitur
ff. de verb. ſi. Unde in. d. l. munus. proprie
eſt quod neceſſario ſubimus. lege imperio
ue eius qui ptātem habet iubēdi. Et de iſto
hic tracto.
Quotuplex ē mun9. R. ꝙ triplex. Quo 1
dam ſordidum quod conſiſtit in vilibus
officijs. vt in arena fodienda. calce coquen
da: ⁊ alia exempla in. l. maximarum. C. de
excu. mune. Et poteſt dari iſta regula in ip-
ſis Agnoſcendis ſecundum Bar. in. l. vni
ca. C. de mulieribus. quia ſicut illud eſt ho
nor quia i loco reputatur honor. vt notat
Inno. in. c. d mlta de pben. ita illud ē vile
quod reputatur vile ⁊ habet officia vilia ⁊
hec tantum dantur vilibus perſonis non
maioribus. vel humilioribus. C. de ſuſce.
prepo. ⁊ archa.
Quoddam munus dicitur honeſtum cū 2
honore annexo ⁊ iſta munera appelantur
honores in. l. cui muneris. ff. de mu. ⁊ ho.
⁊ iſta ſunt officia ſeu dignitates publice. d.
l. vnica.
Quoddam dicitur munus honeſtum ſo 3
lum quia non habet nec honorem nec vi-
litatem annexum. vt eſt tutella: cura ⁊ hui-
uſmodi. ff. de excuſa. tuto.
Quomodo dicuntur prefata munera per 4
ſonalia mere. R. ꝙ tunc quando explican-
tur labore corporali ſolum ſine ſumptu vl'
detrimento rerum propriarū. l. ſi. in princi
pio. ff. de. mu. ⁊ ho.

s Quādo dicuntur patrimonialia ſeu realia. ℞. ꝙ tunc proprie quādo ꝯſumptu ꝓprio fiunt ab alijs.

m Quando dicuntur mixta. ſ. perſonalia ⁊ patrimonialia ſeu realia. ℞. ꝙ quando cuȝ labore corporali a nobis explicantur ⁊ cū ſumptu noſtro vt colligitur in. d. l. ſi. §. patrimoniorum.

s Quomodo dicuntur ordinaria prefata munera ſiue perſonalia ſiue realia. ℞. ꝙ ordinaria ſunt quando habent certam ⁊ ordinatam preſtationem per aliquam legem vel ſtatutum ſeu conſuetudinem longam. vt. ff. de vaca. ⁊ excuſati. mune. l. in honoribus. §. qui muneris publici.

8 Quomodo dicantur extraordinaria. ℞. ꝙ quando non per legeȝ. vel ſtatutum. vel conſuetudinem imponūtur ſed ſecundum voluntatem dominorum ſecundum Bar. ⁊ patet in. l. vnica. C. de vaca. pub. mune. Unde per accidens iſta iponuntur.

9 Aliquando iſta munera dicuntur indicta vt quando princeps imponit per. l. aliqͦd munus. vel per ſtatutum quod a principio erat extraordinarium ſed nunc efficitur ordinarium.

z Aliquando dicit ſuper indicta vt quando ſupra ordinariuȝ aliquid imponit propter neceſſitatem occurrentem. Facit. l. vnica. C. de ſuper indicto. Eſt ⁊ alia diſtinctio Gre. ſuper illō yſay. 33. qui excutit manum ſuam ab omni munere ꝙ triplex eſt. Munus a manu ab obſequio ⁊ lingua de quo. ĩ. Simonia. 5. in principio.

# Murmuratio

ſecūdū quādaȝ apoſtillaȝ ſuper illud ſapiētie primo. Cuſtodite vos a murmuratione Eſt q̄dam querella cum impatiētia in hijs que homo deberet patienter ferre. ⁊ committitur aliquando contra deuȝ per diſplicentiam eo ꝙ non tribuat ꝓſperitatem vel aduerſitateȝ ſm merita hominum. vel qꝛ immittit tribulationes vel non regit mundum modo noſtro ⁊ tamen iniuſte. quia Jere. xi. Juſtus quidem tu es domine ſi diſputem tecum. licet nobis ſint occulta talia iuditia. Aliquando eſt contra prelatos. de quibus dicitur. 90. di Alienus ſit a fratruȝ vnitate qui murmurauerat. ⁊ ideo apoſtolus. Ne murmurauerītis ⁊c. prime cor. ii. ⁊ quando ſit peccatum mortale. dic ꝙ tunc quando ex ipſa ſit contra aliquod preceptuȝ dei puta qꝛ dicit vel credit deum iniuſtum. vel iudicat temerarie. ⁊ huiuſmodi.

m

# Mutilatō

quid ſit. vide. ſ. Homicidiū 5. §. 6.

m

# Mutus

per ſigna poteſt petere ſacra ⁊ ei ſūt dāda. 26. q. 6. qui recedūt. ⁊. c. ſe. Utꝝ poſſit ꝯheř mřimoniū. vide. ſ. Matrimoniū. 2. §. 4. ⁊ mřimoniū. 3. ipedimēto. 18.

m

# Mutuum

eſt quod ō meo fit tuū. ff. ſi cer. peta. l. 2.

1 In quibus rebus cōſiſtit proprie mutuum. ℞. ꝙ in rebus que conſiſtunt in numero. vt pecunia. ⁊ huiuſmodi. pondere. vt maſſa auri. vel argenti. ⁊ huiuſmodi. vl mēſura. vt vinum. oleum. triticum. ⁊ que vſu conſumuntur. vt in. d. l. 2. ⁊ inſti. qui. mo. contrahitur obligatio in princi. Unde Rodoñ. menſuram reſtringit ad menſuram qua grana vel liquida menſurantur nō ad illam qua panni vel terre. Et aduerte qꝛ debet dari mutuum vt reddatur non eadem res in numero ſed ſimilis in genere. ſiue tātundem ⁊ eiuſdem vtilitatis ⁊ ꝓcij. ⁊ eodē modo. Unde ſi dedit pecuniam. non illam reſtituet ſed ſimilē. ⁊ huiuſmodi. aliter trāſiret vel in comodatum. aut depoſitum. vel alium contractum. l. 2. ff. de contrahen. emptio. ⁊. l. 2. ff. ſi cer. peta. Et nota ꝙ hic non accipitur genus ſm porphirium. ſed ponitur ſpecialiter pro quibuſdam rebus que conſiſtunt in numero pondere. ⁊ menſura Unde tenet Azo ꝙ ſi quis mutuo dediſſet pondus argenti ⁊ reciperet pecuniam ad numerum ꝙ eſt mutuum ſi pecunia ſit argentea. qꝛ idem genus redditur ⁊ tantūdeȝ facit. l. i. §. vlti. ff. de auro ⁊ ar. lega. ⁊ propterea ſi res mutuata perit periculuȝ ē mutuum accipientis etiam ſi caſu fortuito. l. incendiuȝ. C. ſi cer. peta. inſti. qui. mo. re contrahi. obliga. §. itē. Secus ſi data eēt pecunia in burſa conſignata. qꝛ non ē mutuum. l. ſi ab initio. ff. ſi cer. pe. oȝ ergo ꝙ tradaſ vt ſit accipientis mutuum non conſignata aliter non erit mutuum.

2 Utrum dare mutuum petenti ſit de precepto. ℞. ſcd̄m Sco. in. 4. di. 15. q. habens pecuniam ſibi pro aliquo tꝑe inutilem mortaliter peccat ſi eam non mutuat indigenti ⁊ petenti qꝛ facit contra preceptum nature ⁊ xpi. Luc. 6. mutuū date ⁊ Mat. 5. Sȝ ſi ei eſſet vtilis puta negotiando vel aliud de ea faciendo tūc diſtinguendū ꝗ ꝙ. ſ. dixi de eſca. §. 1. quomodo ē de precepto ⁊ ſm illam diſtinctionē a fortiori dic de mutuo qͦd nō.

3 Quomodo i mutuo ſit vſura. vide. ĩ. Uſura primo per totum.

n

# Naufragium

eſt naue fracta ſubmerſio rerum ⁊ corporuȝ qͦd plerunqꝫ caſu fortuito contingit ꝓpter vim tēpeſtatis vel fluminis. l. deprecatio ⁊ ꝑ totū ff. ad. l. ro. de iac.

Jo.an.in addit.ad Spec.in ti.de iſtru.edi
ctiōe.pōt tn̄ oīa ſacra petere. ⁊ recipē.Cle.
prima.de pe. ⁊ re. Si vero ſn̄ia ñ ē data vſ
ē appellatiōe ſuſpēſa ſic pōt eligere.
Ubi dꝫ qs ſepeliri qñ ñ elegit ſepulturaꝫ.iꝫ
R dn̄s Pe.pſat⁹ vbi.ſ̄.p multos caſus q̄s
ego reduco ad vndecim.vt totalis hēatur i
telligentia circa hoc.
Prim⁹ ē de parrochianis q debēt ſepeliri 14
ñ i prochia ſed i ecclia vbi ſūt maiores ſui.
ita dicit glo.i.c.i.eo.li.6.facit.c.primū ꝺ ſe
pl. ⁊ ē caſus in.c.is q.eo.ti.li.6. ⁊ ibi h iꝫ
archi. ⁊ Jo.
Sꝫ q̄ro q dicāſ maiōes. R.Idē Pe.vbi 15
ſ̄.ꝙ i iſto caſu itelligiſ pr̄ ⁊ auus.tex. ē i.c.
ebrō.13.q.2.iuncto.c.i.de ſepl: ⁊ iō lꝫ pau⁹
⁊ attau⁹ eſſēt alibi ñ tn̄ ibi ſepelieſ ſꝫ vbi pr̄
⁊ au⁹:ſꝫ ſi pr̄ eſſet ſepult⁹ i vno loco: ⁊ au⁹
⁊ alij maiores i alio:ñ ſepelieſ.fili⁹ cū pr̄e
ſꝫ cū auo ⁊ ceteris maiorib⁹.ſm Jo. an.p.
c.2.in prin. ⁊.c.ſr̄nitatē.de ſepl. ⁊ p.c.cū qſ
de ſepul.li.6.lꝫ alij ꝯtriū teneāt pp tex.ꝯios

13.q.2.ſed pmū vſ verius.
16 Secund⁹ ē qñ ñ appet vbi ſint ſepulchra
maiorū.q2 tūc ſepelietur in eccleſia vbi au-
diuit diuia ⁊ pcepit eccleſiaſtica ſacramen
ta.d.c.i.et ibi p Inno.et eſt caſus i.d.c.is q
et in.c.in noſtra.eodem.
17 Tertius eſt qñ qs nō hꝫ ſepulchra maio-
rū.et in vna eccleſia audiuit diuina et i alia
pcepit ſacramēta.vel ē prochian⁹ duarū ec
cleſiarū.et tūc ſi vtraq eccleſia hꝫ ius fune
randi.tūc loc⁹ eſt puentōi.de reſcri.c. duo
bus.li.6.ſed obuentōes quarte diuidentur
c.cū qs.eo.li.6. Et ſi nō eſt puentio: ſed cō
tendunt:dioceſanus cōcordabit ptes.
18 Quart⁹ eſt qñ eccleſia eſt interdicta vel ci
miteriū vbi de iuſ deberet ſepeliri. ⁊ tūc ſi
ē eccla ſepſchri maioꝝ ſuoꝝ ſepellietur i p
rochia. Si vero ē prochia ſepelietur in ec
cleſia cathedrali. ⁊ ſi oēs iſte eēnt interdic
te cū nullus ibi debeat ſepeliri.c.vt priuile
gia.de pūle. ⁊.c.ſi eccla.ꝺ pui.li.6. ⁊.c. ſi.
de ſepul.li.6. tunc ſepelietur in mōaſterio
ppīquori ſm Archi.c.i.eo.li.6. ⁊ Jo. An.
in nouella ibidē.vel vbi debebat ſoluere ꝺ
cimas ſm pdictos.
19 Quit⁹ caſus eſt ꝺ pegris ⁊ aduenis q ſe
pelientur in prochia vbi moriuntur ſi ñ ſci
tur.vbi ſit ſepulchra maioꝝ ſuoꝝ.vel ſi ſciſ
⁊ ñ pñt comode ꝺferri. Inno. ⁊ Ho.tenēt
i.c.i.eo.ꝙ in ecclia cathedrali. Alij aūt ꝙ
vtraq eccleſia hꝫ ius ⁊ loc⁹ ē puentiōi. Et
iſtꝺ veri⁹ credo. Idē dic de dānatis ad mō
tē qñ ſepeliri pmittuntur qꝺ ꝺ pegrinis.
20 Sext⁹ caſus ē ꝺ filio pubere. ⁊ debet ſe
peliri apꝺ maiores.vt in pmo caſu.vel ſi ē
ſꝫ ſecūdū vel tertiū caſuꝫ.illud ſerua.
21 Septim⁹ caſus de filijs illegitīis.ſi ſūt na-
turales tn̄ ſepeliuntur cū pr̄e.niſi pr̄ fuiſſet
i digitate.l.ex facto.§.ſ qs rogat⁹.ff. ad tre
be. ⁊ qꝺ nō.in.ꝺ.l.generaliter. Si aūt ſunt
ſpurij ñ ſepelieſ cū pr̄e.q2 nec filij noiandi
ſt.aūt.ex ꝯplexu.C.ꝺ ince. ⁊ iuti.nup. nec
ēt ſi legitimentur a pricipe.niſi ad petitiōeꝫ
pr̄is. ⁊ eo viuēte feciſſet. facit qꝺ nō.i aūt.
q.mo.na.effi.ſui. Sepeliētur ergo tales in
ſepulchro matris.pbatur.ff. ad munici.l.
l.niſi ſit illuſtris ſeia. Si vero ſint filij adop
tiui vel arrogati. ſi viuente pr̄e adoptante
moriūtur.in ei⁹ ſepulchro ſepelientur. ſec⁹
ſi mortuo.q2 tunc ſepeliuntur cū pr̄e na tu
rali.ſꝫ ꝙ nō.plene i.c.vnico.ꝺ cogna lega.
22 Octauuſ caſus de vxore. ⁊ dic ꝙ ſi ē car
naliter cogita.ſ ad domū viri ducta.tē ſepe
litur in ſepulchro viri.q2 iā ꝯſecuta ē domi
ciliū mariti p ꝯductōem.l.cū q̄dā puella.ff

de iuriſdi.om.iudi.ſ q2 effecta vna caro cū
viro.ꝺ.c.ebron.alias non.
Quid ſi ſit cogita ⁊ tn̄ pp adulteriū ſepa- 23
ata. R.ꝙ nō ſepelietur cū viro q2 nō eſt am
plius de domo viri.niſi ſit recōciliata.
Sed qd ſi mortuo viro receſſit ꝺ domo 24
mariti. R. ꝙ lꝫ fuerint opi. tn̄ mihi placet
opi.archi. ⁊ Jo.in.c.is q.§.mulier.eo.li.6
ꝙ ſepelietur in ſepulchro viri.q2 lꝫ ad aliꝺ
domiciliū ſe transferat.tn̄ retinet domiciliū
mariti.vt.l.filij.§.vidua.ff.ad municipa. ſ
dic ꝙ loc⁹ erit puentōi. Et qd de illa q̄ hūit
plures viros.dic ꝙ vltimuſ ꝯſideratur q2
vna caro eſt cū eo.
Sed pone ꝙ vir hēat in vna eccla ſepul 25
chra maiorū ſuoꝝ. ⁊ in alia elegit ſepultu-
rā. ⁊ ſepult⁹ eſt ibi.vbi ſepelietur vxor ei⁹.
R.ꝙ in eccla vbi maritus actualꝫ eſt ſepul
tus.ꝺ.c.ebron. Qꝺ intellige qñ marit⁹ fuit
ibi legitime ſepult⁹. quia ſi fuiſſet excōica-
tus vel interdict⁹ ñ ſepelietur ibi. Siſꝫ intel
lige ſi comode pōt illuc deferri.alias ñ.ar.
ꝺ.c.religioſi.
Nonus caſus de nouicijs religioſis q̄ ſi 26
ñ erant obligati religioni in genere debent
ſepeliri in eccla vbi de iure conuenit.non i
mōaſterio.vt dicit Archi.in.c.cū qs.eo.li.
6.ſecus ſi erat obligatus religioni in generē
⁊ idē dic de illis q nō ſunt plene tranſlati.
vt q2 hñt ſua in ppꝛio.
Decim⁹ caſus ē ꝺ plattis ecclaꝝ. Nam re 27
gulariter debent ſepeliri in eccla vbi hñt p
laturā. ⁊ ſi in duab⁹.locus eſt puentiōi.vel
dic ſi moritur in vna eaꝝ ibi erit ſepeliēduſ
ſm archi.in.ꝺ.c.cū qs. Alij aūt clerici de-
bent ſepeliri in eccleſia vbi ſunt clerici ſeu
beneficiati.
Undecim⁹ caſuſ ē de illo q hꝫ domiciliū 28
in ciuitate vel villa. ⁊ transfert ſe ad villā ru
ralē recreatōis cā.vſ vt rura colat. ⁊ ibi mo
ritur.q2 ñ ſepelitur in eccleſia rurali. ſed in
ſepulchro maioꝝ ſuoꝝ.ſꝫ ꝙ dixi i trib⁹ ca
ſibus pmis.ſi comode ad eū pōt portari.ꝺ
c.religioſo.vt nō.Archi. ⁊ Jo.in.ꝺ.c.is q.
Qui ſunt q priuāſ eccleſiaſtica ſepultura 29
R.ꝙ duodeci differentijs pſonaꝝ interdi-
citur eccleſiaſtica ſepultura. Primo excōi
catis.Cle.i.de ſepul. ⁊ ꝺ pena ꝯtrafaciētiū.
hēs.ſ̄. Excōicatio.7.caſu.35. ⁊ hoc verū.
niſi abſoluantur. Secundo manifeſtis vſu
rijs.ꝺ.Cle.i. ⁊.c.qȝ.ꝺ vſu.li.6. hēs.ſ̄.ꝺ.
caſu.35.hoc verū.niſi peniteant ⁊ faciant
cautiōeꝫ. Tertio q in torneamentis moriūſ
c.i.de torneamētis. Quarto raptorib⁹ q p-
tinaciter cū poſſint in vita ñ ſatiſfaciūt ⁊ in

morte ñ pñt.c.2.de rapto. Quinto blaſfēa-
toribus dei et ſāctoꝝ.c.2.de maledi. Hoc
veꝝ ſi illā pñiaȝ ſibi impoſitā ꝯtemnunt.
Sexto q̄ nō cōicāt ſemel in āno nec ꝯfiten
tur.c.omnis vtriuſqȝ.de pe.et re.niſi ſigna
ꝯtritōis oſtdant. Septimo q̄ moritur i pec
cato mortali notorie.c. cuȝ grauia.13.q.2.
Octauo noiati interdictis.d.Cle.i. et h̄ ſb̄
excōicatōis pena. Alij aūt interdicti ſilr pri
uātur.vt in.d.caſu.35. Nono illi cui ē iter-
dictus ingreſſus eccle.c.is q̄ de ſen.exco.
li.6. Decio.illi q̄ ſacerdotē tutorē filijs ſuiſ
ſtituit.88.di.neq̄ apō. glo.ibi ꝯriū tȝ. Un
decio.iudeis ⁊ paganis.d ꝯſe.di.i.c.eccl'aȝ
et.c.ſe. Duodecio.corporibus exēteratis ⁊
diuiſis.vt.ſ.Excōicatō.5.caſu.32.

30 Quid ſi tales d facto ſepeliuntur i eccl'a
vel cimiterio. R. ꝙ ſi pñt diſcerni exhumā
di ſunt.alias nō.c.ſacris.eo.ti.et eccl'a vel
cimiteriū reconciliañ.c.ꝯſuluiſti.d ꝯſe.ecc.
vel alia.

31 Quid de puero extcto de vētre mr̄is mor
tuo. R. ꝙ nō dȝ ſepeliri cū mr̄e.ſed extra ci
miterium.ſecus ſi ñ eēt extractus ſm Hoſti.

32 Qua pena puniendi ſunt q̄ ad ſepulturā
recipiūt aliquē i caſu ñ ꝯceſſo. R. tñr ad re
ſtitutōeȝ corporis ſi petat. Itē oiuȝ q̄ occa
ſiōe illiꝰ recepeſt.c.fraternitatē.et.c.ex pte
el primo.et c.cū liberū.eo.ti. et alijs penis
vt.ſ.dictū eſt Excōicatio.7.caſu.35.

33 Quid ſi ſacerdos prochialis corpꝰ eiꝰ q̄
alibi elegit ſepulturā violēter rapuerit.vel
funus anq̄ deueniret ad manus eorū qui
bus debebat ſpoliauit. R. ſȝ Hoſti. ⁊ Io.
in.c.cū liberū.⁊ Io. in.c. certificari.eo.ti.
⁊ Oldra.ꝯſilio.224.ꝙ tñr reſtituere q̄cq̄d
accepit ⁊ ipm̄ corpꝰ. Et vltra h̄ pdit quar-
tā cāonicā ad ſimilitudinē heredis res he
reditarias ſubtrahentis q̄ in eiſ quartā tre-
bellianicā pdit.⁊ ius inſtitutōis debitū. qd
alias erat dtractrꝰ.l. Paulus rñdit.ff.ad
l.falci.⁊.l.reſcriptū.ff.de hijs.q̄.vt indi.qꝛ
ꝓhibere vr̄ inferre i ſepulchrū.q̄ ſiue i lo-
cū inferre ꝓhibeat ſiue in itinere.l.i.§.ꝓhi
beri.ff.de mor.iſc. Do. Pe.in tractatu vbi
ſ.tȝ quo ad canonicā ptē ꝯriū.qꝛ delictū ꝓ
ſbiteri nō dȝ nocere eccle.de ordi.cogni.c
2.16.q.6.ſi epī.⁊ qd nō. in rl'a delictū.li.
6.⁊ glo.i.l.ſi qs in tantū.C.vñ vi. Sȝ ego
teneo cū Hoſti.⁊ Io.ſi tale q̄d fiat a p̄lato
qꝛ p̄latꝰ ſolus hñ pōt ꝓiudicare eccleſie i ac
q̄rendis.16.q.6.§.ſi.ſic ſuꝰ dño ꝓiudicat in
acq̄rēdis.l.ſi.C.de acq.poſ.ſecꝰ i acq̄ſitis.

34 Utrū ꝓtextu debiti ſepultura poſſit ipediri
R. ꝙ nō.nec ꝓtextu cuiuſcunq̄ alteriꝰ obli
gatōis.l.cū ſit iniuſtū.C.de ſepul.vio.nec
dȝ inferri moleſtia īfra decē dies ab obitu
alias ꝓ tūc eſt inutile q̄cq̄d ſit.vt in aūt.ſed
nec añ.C.d ſepul.vio.q̄ vero ad domū mo
rientis accedit ⁊ ipm̄ vel alios moleſtat.vl'
rebus eius inſignia ponit ipo iure cadit ab
actōe.⁊ in tātūdē heredibus iniuriati ꝯdē-
natur ⁊ publicatur tertia ps bonorū ſuorū
⁊ ē infamis.⁊ idē in eo q̄ circa funus pec-
cat.in aūt.itē q̄ domū.C. de ſepul.vio.

Utꝝ inducētes ad iurañ voueñ.vel ſidei i 35
terpoſita.ſeu alias ad ꝓmitteñ de ſepultura
eligenda.peccēt. R. ꝙ clerici ⁊ r'ligioſi cu-
iuſcunq̄ ſtatꝰ aut ꝯdictōis exiſtant.q̄ ad uo
ueñ ⁊ iurandū.ſeu alias ꝓmitteñ aliquē idu
cunt.vt apud eoꝝ eccl'as eligant ſepulturā
vel iā electā vlteriꝰ nō mutent.ſūt excōicati
excōicatōe papali a qua ꝓterq̄ in mortis
articulo nō pñt abſolui citra papā. Cle.cu-
pientes.de penis. Si uero nō inducunt ad
voueñ vel ꝓmitteñ.ſȝ ſolū vt ſimplr̄ eligāt.
ſiue ſi inducunt ad voueñ ⁊ ꝓmitteñ.nō tñ
vt eligant apud ſuas eccl'as. nō icurrūt iſtā
penā.nec ēt credo peccēt:ſi mō doloſe non
faciūt. Qd nō.do. Pe.de āch'a. ⁊ Io.mo.
in.d.Cle.cupientes.

Sȝ nūq̄d ligantur iſta pena ſi h̄ facianti 36
directe. R. ꝙ ſiue directe vel indirecte pub
lice vel occulte ꝑ ſe vel ꝑ aliū hoc faciunt.li
gantur ſm zenȝe.⁊ refert Car.in.d.Cle.

Utꝝ ſola inductio iducat hanc penā. R. 37
ꝙ nō.niſi hēat effectū.ſ. ꝙ ille faciat ad qd
alter inducebat ſm do.car.in.d.Cle.cupiē
teſ. Fac qd nō.archi.17.q.i.§.ſi ēgo.⁊ Io.
An.in.c.mulieres.de iudi.li.6.

Utrū ꝓ'fati clerici aut r'ligioſi q̄ tale votū 38
vel ꝓmiſſionē fecerūt fieri.tenēātur reſtitu-
ere corpꝰ illiꝰ q̄ talē ꝓmiſſionē fecit ſi apd
eos ē ſepultū. R. ꝙ ſic.ſi petatur.⁊ oia q̄ oc
caſione funeris hūerūt. Et hoc.ſ.decēdiū.
qd currit quo ad reſtitutōeȝ corporis a die
petitōis.ſȝ quo ad reſtitutōem alioꝝ ſtatī
currit a die receptōnis. ſm Io. An.in.c.i.
d ſepul.li.6.qꝛ ꝓ'fatū.c.addit ad.c.pleriſq̄
de pac. Qd ſi nō faciunt ipo tranſacto decē
dio.eoꝝ eccle ⁊ cimiteria eccl'aſtico īdicto
ſunt interdicto ſuppoſita.donec plene reſti
tuerit ꝓ'fata.vt in.d.c.i. Limita hoc veꝝ.ni
ſi eēt eccl'a in qua de iure eēt ſepeliēdus.qꝛ
ſic ñ teneret reſtituē.nec corpꝰ nec aliud.ſȝ
veriorē opi.vt nō.Ge.in.d.c.i.

Sȝ nūq̄d illi q̄ tale votū fecerūt ſeu ꝓmiſ 39
ſionē poterunt alibi eligeř ſepulturā. R. ꝙ
nō.ſed ſepelient apd eccl'as ad quas d iur
alias eēnt deferendi.vt in.d.c.i.

40 Quid de illo q̄ nō ſuaſiōe aliq̄ꝝ ſȝ motu
ꝓprio fec̄ votū.vel iuramētū de ſepultura e-
lecta nō mutāda. R. ſm Ho.ꝙ ſine cā mu
tare nō poterit.⁊ ſic intelligit.c.ſi vero. de
iure.iur. In quo dr̄ ꝙ nemo pōt venire ꝯ
ꝓpriū iuramentū. Si vero noua cā pꝰ iura-
mentū eſt orta de qua nō cogitauit q̄ñ iura
uit.ſic poterit ſepulturā mutare. ⁊ ſic intel-
ligit ⁊ litat opi.legiſtaꝝ.q̄ tenēt tale pactuȝ
nō teneř ſeu iuramētū.C.de legi.l.ñ dubiū
in ſi.13.q.2.c.vlti.C.de pac.l.iuriſgentium.
§.ſi paciſcar.

41 Utꝝ illi q̄ hñt capellas a religioſis ſeu ꝓ
latis ꝯceſſas ſibi.i q̄bꝰ fecerunt ſepulchruȝ
ꝓ ſe ⁊ ſuis de domo poſſint eis inuitis ipiſ
ꝓuari.ſeu alij in ipis ſepulchris ꝯ eoꝝ vo-
luntatē poni. R. d. Pe.vbi.ſ.ꝙ nō.qꝛ talis
capella ad ſepulchrū r'putař tāq̄ hoſpitiū
13.q.2.chron.ſed de iure eſt.ꝙ in fundo i q̄
q̄s hȝ vſū nō pōt dñs.ibitař inuito vſuārio
ff de vſu.⁊ hita.lega.l.ſi heres.§.fi.⁊.l.ſe.
Et vide qd nō. Azo.i ſūma. Inſti.d vſu .⁊
hita.§.ſi vero vſus.⁊.§.illud nōnř. Si tamē
eēnt extincti ⁊ eoꝝ dñs ꝑ mortē. bñ poſſent
alijs ꝯcedi:qꝛ mortuo vſuario ille vſus re-
dit ad ꝓꝑetariū libere.l.pe.C.de vſufruc.

42 Utꝝ poſſit fieri pactio ſuꝑ electōe ſepultu
re. R. ſm Ho.q̄cq̄d tp̄ale datur ⁊ ꝓmittiř.
vt talis electio fiat.ſīōnia eſt.i.q.i. q̄ pio.d
pac.c.ſi.

43 Quid de his q̄ hñt ſepulturas in q̄bꝰ non
ponitur.niſi cōfrater ⁊ canonicꝰ. R. ꝙ ſi fa
ciunt pactū.aut ē taxa ꝓ q̄to extneꝰ debeat
ibi ſepeliri ꝙ ſīōnia eſt.d ſimo.c.audiuimꝰ
⁊.c.ſicut.qꝛ nec ꝓ terra.nec ꝓ officio aliq̄d
recipi debet.

44 Quid de illo q̄ mandat corpꝰ ſuū nō dbe
re ſepeliri. R. ꝙ nō dȝ ipleri.ff.de ꝯdi. iſti.
l.q̄dā.⁊ nō.11.di.§.nunc aūt.in glo.

45 Cuiꝰ expēſis fiet ſepultura R. ꝙ ſi eſt vxō
q̄ hȝ dotē ⁊ alia bōa.ſi h̄ oia rēanent apud
maritū ipe tñr faceř expenſas oēs. Si vero
ſolū dos apd eū rēaneret ⁊ alia bōa ad ali
os irent.ſic q̄libet ꝓ rata ſua.puta ſi dos ſūt
centū ⁊ alia bōa.200.tenebitur ꝓ tertia pte
⁊ alij ad quos dicta bona veniunt ꝓ alijs
duabus. Si vero dotē ēt reſtituit.ſic tenent
heredes vxoris.l.celſus.⁊.l.ſe.ff.d religi.
⁊ ſum.fu. Si vero nō hȝ nec dotē nec alia
bona.ſic tñr vir facere eas.l.i.⁊.l.ſi q̄s.ff.
de re.⁊ ſum.fu. Si aūt ſunt alij ab vxoř.ſic
tñr heres aut př reſpectu filij. aut dñs reſ-
pectu ſerui.d.l.ſi quis.

46 Utꝝ valeat ſtatutum factuȝ a laicis. ꝙ nō
valeat.niſi tm̄ expendi in ſepultura. R. ꝙ ñ
ſm Ludo.de ro.qꝛ lȝ nō ſit factū ſuꝑ ſpiri
tualibꝰ.eſt tñ ſuꝑ ꝯnexis eiſdē.ar.l. ꝙ ſi no
lit i ſi.ff.de edili.edic.in.c.cuȝ laicis.de re.
ec.nō alie. Quod limita.vt.ſ. Immunitas.
§.47.

# Seruitus

eſt multiplex. Pria ē ſeruitꝰ dei. Secunda eſt ſeruitꝰ peccati.d
quibꝰ.ſ. Preceptuȝ.§.5. Tertia ſeruitꝰ eſt q̄
hō ſeruit hōi.⁊ ſic diffinitur. Seruitꝰ eſt iſti
tutio iuriſgentium. qua q̄s dño alieno ꝯ
nām ſubicitur. Inſti.de iure pſo.§.ſeruitus
di.i c.ius gentiuȝ.12.q.2.c.cū redēptor. Eſt
alia ſeruitꝰ largo mō dicta.q̄ eſt illa d aſcri
ptitijs q̄ debetur a pſona rei. Eſt ⁊ alia ſe-
uitus realis.q̄ eſt illa q̄ debetur a re rei.ſic
eſt ſeruitus vrbana ⁊ ruſticana.qꝛ non de-
betur pſone ſed ꝓdio.vt in.l. ſi vnus ex ſo-
cijs.ff.de ſerui.ruſti.ꝓdio. Uñ nō. ꝙ vrba-
na ꝓdia dicūtur oia hedificia cā hitādi fac
ta ⁊ ſtabuli illis ꝯtigui. ſiue ſint in ciuitate
vel villa vbicunq̄.ff.de verbo.ſi.l.vrbana
ꝓdia.ff.coia tā vr.q̄ ruſti.ꝓ.l.i. Ruſtica vo
ꝓdia.dicuntur omnia ꝓdia ſine domo ad
habitandum.lȝ hēant tectum ꝓ fructibus
colligendis.vel ſtabulum ꝓ equis vel iumē
tis ſeparum ab omni hedificio habitatōis
vt.l.hoc iure.ff.qui.mo.pi. vel ypo. tacite
ꝯtra.⁊ ſm hoc ſuitus dř vrbana vel ruſti
ca.de quibus hēs in.c.eccleſia.de ꝯſti. Eſt
alia q̄ dř mixta.que iō mixta dř.qꝛ non eſt
mere pſonalis que debetur a pſona pſone
nec eſt mere realis que debeatur a re rei.
ſed eſt mixta eo ꝙ debetur a re perſōe que
ēt perſonalis appellatur.vt.l.i.ff. de ſerui.
qꝛ cuȝ pſona ſemꝑ finitur.vt.l.3.§.fi.ff.qui.
mo.vſuſfruc.amit.q̄ ēt realis dicitur. qꝛ tā
q̄ ius reale vendicatur.vt.l.vti frui.§. vtrū
autem.ff.ſi vſuſfruc.pe.vt notat Cy.in Ru
brica.C. de vſufruc. Species huius ſunt
tres.ſ.vſus. habitatio. ⁊ vſuſfructus. ⁊ de
iſtis non loquor hic. ſed ſolum de iſta ter-
tia qua perſona eſt ſerua pſone. de qua lo-
quor in infraſcriptis.

Quomodo efficitur quis ſuꝰ. R. ꝙ qua 1
druplicitter. Primo ex natiuitate. vt cum
quis naſcitur de ſua. Hodie tamen de con
ſuetudine non ſuatur. ⁊ vide ſupra. Filius
§.20. De iure. etiam nō eſſet ſuus ſi in ali-
quo tempore quo mater eum habuit in
ventre fuiſſet libera vel in partu.vt inſti.de
ingenuis.§.ſufficit. Notant Ber. Inno ⁊
Hoſtien.in.c.ſi.de ſeruis non ordinandis
Secūdo efficitur ſeruus ex bello. de q̄ dic

vt.s. Bellū.in pn. Tertio ex delicto.vt cuz libert⁹ rōe ingratitudīs reducitur i ſuitutē. l.ſi manūiſſus.C.de liber.ꝛ eo.libe.ſ cū a-lio mō a lege ꝑ pcm̄ iponitur.vt a raptore puelle.36.q.1.de raptorib⁹.ſ in deferentib⁹ ꝓhita ſaracenis q efficiuntur ſui capientiū vt ꝑ3 ꝑ extrauagantes multoꝝ pōtificū. Quarto ex ꝓpa voluntate.ſic cū maior.20. ānis cū intentōe ꝑticipandi de ꝑtio.qd gdē i veritate ꝑticipat ſciēſ ſe eē liberū ꝯſētit alicui venditori q ſilr ſcit eū liberū eē.vt ipm vendat. Nā iſtis ꝯcurrētib⁹ efficitur ſu⁹.vt nō. in.l.i.ff.q ad liber.ꝓcla.ñ lz.l.libertis.ff.de libe.cā. Si aliqd ꝑdictoꝝ deficiat ñ valz.ꝛ ſi nihil deficiat de ꝑdictis.ñ tñr dñs q eum emit recipe ꝑciū ſi ñ vult.ꝛ ſi manumutatur erit libert⁹ nō igenu⁹.l.lib hō.ff.de ſta.ho. ꝛ de ꝑdictis hēs Inſti.de iur̄ ꝑſonaꝝ. Fallit h̄ in filio.quē pr̄ neceſſitate famis vrgēte pōt vēdē.nō tñ mr̄.ꝛ talis fili⁹ vendit⁹ igenuitatē recipit qñcunqz ꝑciū ēptori reſtituet ipē ſ ali⁹ qcunqz ꝓ eo.vt in.l.i.ꝛ.2.i tex.ꝛ in glo.C.de ꝑtib⁹ q ſi.diſtra. Addo.5.mōz ex quo qs efficitur ſuuſ.de quo hēs.s. Colonus.ſ.ō il ſ q figūt ſe inualidos vt mēdicēt.

2 Quō ſui efficiūtur liberi.R.ꝙ multis modis.ſ.ꝯuincēdo in iudicio reū necis dñi ſui. Itē accuſando falſariū monete. Itē raptorē virgis diſſimulatōe ꝑteritū. Itē deſertorē milīte.de qb⁹ hēs i.l.i.C.ꝓ.q ca.ſui ꝓ ꝑmio liber.ac. Et forti⁹ i ꝯſcia crdo ꝙ poſſit ſugere ancilla.qñ dñs cogit eā ad peccatū fornicatōis.ꝛ ſic ſtar̄ vt libera. Facit auctoritas Pauli.i.ad cor.6. Fugite fōnicatōnē. Facit rſa qd nō ē.de re.iur̄.ꝛ ꝑuilegiuz meretur amittere q ꝯceſſa abutitur poteſtāte. de iure ēt pōt iplorare officiū epi vt ꝯpellat dñm eā manumittere.ꝛ pōt ꝯpelli.l. ſi lenones.C.ō epi.audi. Multi ſūt alij caſus qs omitto.qꝛ nō ſūt i vſu.efficiuntur ēt ex manumiſſiōe.de q̄ vide.s. Manumiſſio. Itē ex expoſitōe ſui languidi.ſ denegatōne alimētoꝝ facta a dño.vid.s. Expoſit⁹. Itē ex ēptōe facta a iudeo de ſuo xp̄ano.vide.s. Iudeus.

3 Utrꝝ ſuus poſſit ordīari.R.ꝙ ñ.niſi plene libertati ſit reſtitut⁹.ō quo hēt plene.54.di. ꝑ totum.

4 Quid ſi ſu⁹ ordinetur.R.ꝙ ſi ordinatur dño ſciēte ꝛ ñ ꝯdicēte.eo ipo efficitur ingenuus ꝛ liber ad quoſcūqz ordines ſit ꝓmotus.54.di.c.ſi ſu⁹ ſciēte. Si vero dño ignorante ꝛ ꝑñtatore ꝛ ordīatore ſic ſi ſuit ꝓmot⁹ ad minores redigitur in priſtinā ſeruitutē.54.di.nulli. Si vero ſuit ꝓmot⁹ ad ſacros ordines.ſ.ſubdiaconatū ꝛ diaconatū dabit vicariū ſ ꝑciū ꝛ rēanebit liber.54. di.ex antiqs.qd ſi nō hz.ſ nō pōt.dz depōi ꝛ reſtitui dño.vide glo.in.c.2.de ſer.nō or. Si vero ad ſacerdotiū ſic ſeruiet i bñſ q̄ ordinē ſuū decent.alr nō.ꝛ h̄ veꝝ ſi dñs repetet eū.i.annū a die ſcie ſm Ho. Quis alij dicant a die ordinatōis.qꝛ p⁹ annū ñ pōt repetere.54.di.ſi ſeruus. Idē tz Ray.de originarijs aſcriptitijs ꝛ colonis ꝓprie dictis ꝙ ñ pñt ꝓmoueri.ꝛ ꝓmoti reſtituūtur.vt.s. de ſeruis.

5 Utrꝝ talis ōpoſit⁹ gaudeat priuilegio clericali.R.ꝙ ñ.niſi tm̄ ꝙ ōbēari ñ pōt.vt nō gl. i.c.52.4.di. alſ ōberās ipz eēt excōicatus. ſm Inno.

6 Sz nūqd tñr ꝯtinere talis.R.ꝙ ſic.vt nō Io.54.di.c.nulli.

7 Utrꝝ ſeru⁹ poſſit ꝯhere mr̄imoniū ali⁹ a ꝑdicti ordiatis.vide.s. Mr̄imoniū.3.ipedimēto.4.§.4.

8 Utrꝝ tꝑe ꝑſecutōis liceat xp̄ianis ſe ſbicē ſuituti īfideliū cū pacto ꝙ rit⁹ xp̄iāoꝝ ñ dimittēt.R.Inno.ō renū.c.niſi cū ꝑdē ꝙ ſic.

9 Qui ſine cā ſeruū occiderit nō minuſ punietur q̄ q alienū ſeruū occiderit.l.i.in fi.ff de hijs q ſunt ſui vel alie.iuris.

# Igillum

qs pōt hr̄e.R vt nō.in.c.dilecta.ō excel.ꝑla.ꝛ dic vt.s.ō iſignijs aſſumēdis.ꝛ ſm eā diſtictōem.s. Inſignia.

# Imonia primo

qd eſt.R.ꝙ eſt ſpūaliū.vel ſpūalibus ānexoꝝ.aut a ſpūalibus dependentiū ſ ꝯſequētiū.vel ad ſpūalia añcedenter ordinatiuū ꝑcedēte pacto.ꝓmiſſiōiſ.omiſſiōis ꝯditōis.mōi.ſeruicij.ꝑcū.vel cuiuſ vis tꝑalitatiſ receptō ſiue dōatō. Hāc ōſcriptōez elicō ex dicti doctoꝝ q̄ clari⁹.i.patebit.

1 Quero qd i ꝑdicta ōſcriptōe intelligatur noīe ſpūaliū.R.vt colligo ex Pa.in.c.ꝯſulere.ō ſimo.ꝛ alijs doc.maxie Ricar.in.4 di.25.articulo.3.q.2.ꝛ Alē.li.6.ti.55. Spūale dr̄ duplr̄ in ꝓpoſito. Prio ꝑ ꝯꝑatōnez ad ſpūz ſāctū. Scdo ꝑ ꝯꝑatōez ad ſpūz humanū. Spirituale ꝑmo mō dictuz triplr̄ accipitur.ſ. Prio ꝑ eſſentiā.vt gr̄a ꝛ v̄tutes gratuite.et illud ſpāle.nec de iur̄.nec ō fcō pōt vendi.qꝛ nō cadit in cōuentōnez.et de hijs hēs.1.q.i.c.i.cu ibi glo. Secundo accipitur ꝑ cauſalitatē et diſpōnez.vt ſunt ſacr̄a q̄ ſunt quodāmō cā gr̄e et virtutuz.qꝛ ꝑ ea ꝯſeqmur gr̄az et virtutes.et iſta cuz ſint cōporalia cadunt in pactuz.ſz ñ ſine ſimonia vt i.c.nō ſatis.ꝛ.c.cū in eccle.eo. Tertiō accipitur ſpūale ꝑmo mō dictū ꝑ effectuz.vt ſt ea q̄ ꝯueniunt alicui ex aliq̄ dono ſ offō ſpūali.vt ꝓphare.miracula facere.diuinū offm̄ celebrare.ꝛ talia ſpūalia nō pñt vēdi redimi.ſ reſignari ꝓ pecunia.c. q̄rellā.eo. i.q.i.null⁹ eps.cl.2.niſi ſz ꝙ.i.dicā. Spūale vero ſo mō dictū ꝑ ꝯꝑatōez ad ſpūz humanū dr̄ duplr̄. Prio ꝑ eēntiā vt ſunt ſciēoēs q̄ ꝑ inueſtigatōem huānaz ꝛ doctrinā acqrunt.ꝛ h̄ nec de iure nec de facto vēdi pñt.vt ꝑz ꝓu.17.qd iuqt ꝓdeſt ſtulto hr̄e diuitias.cū ñ poſſit emer̄ ſapiam. Secūdo dr̄ ſpūale ꝑ cām.vt doctria ꝑdictaꝝ ſciarū q̄ de iure ꝛ facto vendi pōt alñ.alñ vero ñ ſine ſiōnia.vt patebit.i.

2 Quid dr̄ anexū ſpūali ꝑmo mō dictū.ſ.ꝑ ꝯꝑatōem ad ſpūm ſanctū.R.ꝙ oē illō in q̄ ſpūale miſtrat.vt vaſa ſacra.eccl̄a cimiteriū.ꝛ reliqe ſcoꝝ.veſtis ſacerdotalis vt ſacra eſt ꝛ huiuſmodi.

3 Quid dr̄ dependere ſ ꝯſeq a ſpūali ꝑmo mō.R.ꝙ oē illud qd ex ſpūali dependet ſt ue ꝯſeqtur.vt hr̄e ecclam ſ dignitatē eccl̄aſticā cāoniā ſ ꝑbēdā.ſiue aliō bñficiū eccl̄aſticū.ſ ius ꝑcipiēdi decias.ꝑmitias.vl oblatōes.ꝛ qcqd ꝯpetit clericis rōne ordis.vt pulſare cāpanas.claudere hoſtia eccle ꝛ ſimilia.qꝛ h̄ oia ordi clēicali ſt annexa.qꝛ ſolis clericis ꝯueniunt.ꝛ iſtud annexū vel ōpendens nō pōt vendi.c.ad aureſ.c.ad noſtrā eo.ti.alr cōmittitur ſiōnia.ꝛ ꝑꝑea ꝓcuratores reꝝ eccleſiaſticarum.vt ꝑpoſit⁹.ycono⁹.ꝛ vicedo⁹ q eſt.q ꝑeſt reb⁹ epi.ꝛ ſilr deſenſores.vt aduocatus vniuerſitatis.eccleſie ſindic⁹.ſ.q ꝑeſt cauſis eccle.ꝛ caſtaldus.ſiue maior dñs.q.ſ.hz curā reꝝ exterioꝝ epi ꝛ iudex epi.ꝛ ſimilr̄ ſubiecti regule.vt archidiaconus.archipſbr̄.canonic⁹ monach⁹.ꝛ qlz eccleſiaſtico mancipatus offō.tales ſi ꝑ pecunia ordinār.ſiōniaci iudicāt.ſm Ugo.ꝛ Archi.1.q.3.ſaluatō. Sz Ray.litat veꝝ.qñ talis admiſtratio hz āuexum aliqd ſpūalitatis.

4 Quid dr̄ ad ſpūale ꝑmo mō acceptū añcedent ordinari.R.ꝙ ius patronat⁹ qd eſt poteſtas ꝑñtandi ad offm̄ eccleſiaſticū qd q-dē ſilr vendi nō pōt ſine ſiōnia.vt i.c.i.ō iure patro.ſz tranſit cū vniuerſitate tꝑali.vt in c.ex lr̄is.de iure patro.

5 Quid dr̄ ānexū ſpūali ſo mō acceptū.ſ.ꝑ ꝯꝑatōem ad ſpūm huānū ſ depēdēs.R.ꝙ ſt ſcole.libri ꝛ h⁹mōi.ꝛ talia vēdi pñt ō iure.niſi eccl̄a locū ſcolaꝝ aſſignaſſet doctori

6 Utrꝝ ſola voluntas vendendi vel emendi ſpūalia faciat aliquē ſiōniacū.R. Lacre.ꝛ Ber.c.vlti.eo.ti.iñt ꝙ ñ.ꝛ ꝓ eis fac.c.tua nos i fi.ꝛ.d.c.fi.eo.ti.ꝛ.c.vt nrz vt eccl̄aſtica bñficia.ſz ego diſtinguo cū Ho.ꝙ q̄ ad deū ꝛ pcm̄ mortale ſola volūtate cōmittur. vñ ꝯ qs dicit miſſā.audit ꝯfeſſiōeſ.exhibet ſacr̄a ꝛ h⁹mōi ꝑncipalr̄ hac intētiōe.vt ꝑꝑ id recipiat pecuniā vl aliud tꝑale peccat mortalr̄ ꝛ ſiōniac⁹ ē quo ad deū.ſilr q hac itētōe dat. Sec⁹ ſi daret ꝓ ſuſtētatiōe miſtri ꝑncipalr̄.vel ob reuerētiam ſacri.vl ad ſuādū laudabilē ꝯſuetudinez.qꝛ ſic lz.1.q.2.ſicēpm̄.facit.c.q̄ ꝑ pecuniā.i.q.i.ſed quo ad eccl̄az nō.vt in.c.tua nos.eo.ꝛ iō ſola pñia ſn̄ alia reſtitutōe ōleſ.vt i.c.fi.eo. Qd qdez litat Ho.ibidē veꝝ i caſu quo ſiōnia ē ſolū de iure poſitiuo.ymo tz ꝙ nec ēt peccat.ſz vbi ſiōnia ē de iure dīuo ſic tz.ꝙ tal ita dz iduci ad reſtituē qcqd accepit.ſic ꝛ vſari⁹ mētal.ꝛ placet Pa. in.d.c.fi. Sz h̄ ñ teneo quo ad pcm̄.qꝛ ſine dubio peccat mortalr̄ ſi hz volūtatē deliberatā ad dañ ſpūalia ꝓ tꝑalib⁹. Eſt bñ veꝝ ꝙ niſi ſeqtur effect⁹.ſ. datō ſpūal ꝓ tꝑali.nūq̄ erit ſiōniac⁹.vt nō in.c.nēo.eo. Quo aūt ad reſtitutōez dic vt i Siōnia.7.in ꝑn. Quo ad alias pēas ipoſitas a iur̄ ꝯ ſiōniacos firmiſ tene ꝙ reqrit̄ pactio. Iō i diffinitōe dixi ꝑcedente pacto.

2 Sz qd ſi neqz miſtrans ſpūale.neqz accipiēs aliqd dat ſ accipit.ſ paciſcit de dādo.ſ accipiēdo.ſed ipis ignorātib⁹ amic⁹ accipiētis ſpūale dat aliqd cū pacto ꝯſiliario miniſtrāti.vt ad miſtrañ iducat.R.ꝙ lz dans ſpūale ꝛ ſcipiēs nō ſint ſiōaniaci ex quo ñ ſciūt aliqd.iñ tā aic⁹ ꝑdict⁹ q̄ ꝯſiliari⁹ ſiōniaci ſūt.1.q.i.ſtatuim⁹.ꝛ.c.ſi q a ſimoniacis.

# Imonia ij.

In qb⁹ caſib⁹ pactō ꝓmiſſiōis.ōiſſiōis.ꝯditōis mōi.ſuitij.ꝑcū.ꝛ h⁹mōi tꝑaliū ꝓ re ſpūali vel ānexo.ſeu depēdēti a ſpūali nō iducit ſimoniā.R.ꝙ.17.caſibus.

1 Prio qñ poſſio datur cū pacto vt in ea ꝯſtruatur eccl̄a.vt in.c.oli cāz.ō reſti.ſpo. Uñ ēt pōt dari lītia ꝯſtruēdi tꝑam eccl̄az ſb certo pacto.vt i.c.q̄to.de cenſi.ꝛ in.c.ex inſinuatiōe.eodē.qꝛ talia pacta reputātur ſpūalia.ſicut ꝛ in.c.ſignificatū.de ꝑbē.vbi datur ꝑbēda cū pacto ꝙ quotidie celebret in tali eccl̄a.ꝛ ꝙ nō poſſit eā dimittere.ꝛ lʒ cet.qꝛ i traditōe rei ſue q̄lz pōt ꝙ ſibi placuerit apponere pactū.c.veꝝ.de cōdi.appo.

2 Utrꝝ laic⁹ dādo rē tꝑalē eccle poſſit apponē ꝯditōez ſpūalē.puta ꝙ fiat ānuꝰſariū.ſ dicāt tot miſſe.vide.i. Siōnia.3.§.ii.

3 Utꝝ offerens bona ſua eccľe vt efficiatur
canonicus. ⁊ ex illi bonis poſtmodum iſtitu
atur ſibi ꝑbenda ſit ſiõniacuſ. ℞. ꝙ ſic. tex.
eſt i. c. iua nos. eo. ſecus ſi pure ⁊ liberaľr
donaſſet. ⁊ poſt humiliter peteret admitti in
canonicũ ⁊ retinere ꝑdicta in prebendã. ⁊
clerici pure cõſentirent. qꝛ tunc liceret.
4 Quid de eo q ꝯſtituit de bonis ſuis ꝑbẽ
dam i aliq̃ eccľa ſibi retinendo poteſtatem
ꝯferendi eam aliem alteri. ℞. ꝙ põt ſine ſiõ
nia retinẽ ſibi ius patronatus. l in ꝑpetuũ. ľ
ad tps. ſed nõ valet. niſi fiat d ꝯſenſu epi ⁊
ſfm ei9ſi q ſunt ibi in conſtitutione eius.
5 Pone ꝙ ſtatuto cauetur ꝙ nouiter recep
tus in canonicũ ľmonacũ teneatur ſoluere
certũ qd. Queritur vtrũ ſit ſiõnia p9 recep
tõem illud ſoluere. ℞. Pa. i. c. dilect9. el. 2.
eo. ꝙ ſic. ex quo ꝓceſſit taxatio. qꝛ talis ſo
lutio vſ facta virtute illi9 taxatõis ⁊ nõ libẽ.
facit tex. ꝑſati. c. dilect9. ⁊. c. ex multis. i. q. 3
⁊. c. veniens. eo. ti. Qd litant verũ aliq. qñ
tale ſolutũ cedit in vtilitatẽ ꝑuatã. aut cãno
nicoꝝ. ſecus ſi ſolueref ꝓ fabrica eccľe. vſ
alijs ad diuinũ cultũ ꝑtinentib9 ſm Ho. ar.
de ꝯſti. c. cũ oẽs. ⁊. c. ex pte. Nã laudabiliſ
ꝯſuetudo dꝫ ſeruari. c. ad aplicã. eo. ⁊. c. ſi
gnificati. de ꝑben. nõ tñ dꝫ retineri ꝑbẽda
loco pignõis. ar. d. c. ſignificati. ľ et põt re
tineri. ſi ꝯſuetudo ſit ꝙ nõ aſſignetur ꝑbẽda
q̃uſqꝫ tale qd ſoluerit. In h. n. cãu ſit ꝑmu
tatio ſpũalis ad ſpũale. qd lꝫ d re. ꝑmu. c.
ad qõnes. Pa. tñ in. c. Jacob9. eo. ti. ꝙ ſi
ſtatutũ iponit tale on9 recipiendo vel recep
to de nouo vt teneatur ſoluẽ certũ quid ẽt
eccľe vel ad cultũ dei ꝙ nõ valet. ſine ſimo
nia. ⁊ facit. d. c. ex multiſ cũ alijs. Si vo ſta
tutũ iponit on9 ꝑbende. ſic valet in fauorẽ
cultus diuini. ar. c. ſignificati. de ꝑbẽ. ⁊. c.
vnico. vt eccľa. beneſi. ⁊ ar. in. c. ſi ꝑꝑ tua. d
bita. de reſcrip. li. 6. ⁊ hec magis placet. ſꝫ
nec ꝑmam opi. condẽno.
6 Secundus eſt. cũ aliquid ꝓ opib9 ſpũali
bus alicui ꝑſbitero datur. qui ad ea alias
nõ teľ. 12. q. 2. caritatẽ. Aduerte tñ ꝙ in hoc
fuerunt opi. vt refert Pa. in. c. ſignificati.
de prebẽ. magiſ iſta opi. placet Pa. ⁊ glo.
in. d. c. ſignificati. ⁊ Ricar. in. 4. di. 15. arti
culo. 3. q. i. ⁊ Ho. ⁊ Gof. ⁊ Inno. in. c. qm̃
ne ꝑla. vi. ſu. q tenetqꝫ licite põt aliquid re
cipe ſacerdos ꝓ miſſis celebrandis ⁊ alijs
ſpũalibus adminiſtrandiſ. dũmõ nõ intẽdat
vendere ſpũale ſeu recipe pecuniã ꝓ ſpũa
libus. ſed potius ꝓ ſuſtẽto ⁊ recõpenſatõe
laboꝝ dãnoꝝ que ſuſtinet trahẽdo ibi mo
ram ⁊ ſua ſuſtẽtatõe. Et ꝙ ad ea exhibẽda
nõ ſit ex offõ obligatuſ. qꝛ ſi intenderet reci
pe ꝓ ſpũali eẽt ſiõnia. c. iudiceſ. i. q. i. Simi
liter eẽt ſimonia. ſi ſacerdos ꝑrochialis a
ſuis ſubditis hoc exigeret. qꝛ ad hoc tenet
q nec ẽt ꝓ ſũptu aliqd põt accipe ab eis ſiñ
ſiõnia ꝓ quocunqꝫ ſpũali. c. vendentes. i. q
3. ab alijs aũt bene põt. Uerum eſt ꝙ Gof.
⁊ Ray. dicunt ꝙ ſi talis ſacerdos q ẽt ñ ob
ligatur ex offõ hꝫ ſũptus neceſſarios aliun
de ꝙ dꝫ gratis cantare. ꝙ ſi facit ꝓ pecunia
aut erit ſimonia aut auaricia. ſed cũ ſimõia
nõ poſſit eẽ cũ non intendat vendere ſpũa
le ⁊ nemo teneatur ſuis ſtipendijs militaſ.
c. cũ ſit. eo. ergo. ibi vſ turpe lucrũ. vt pꝫ in.
d. c. iudices. ⁊ ar. 12. q. i. Illi q. vel ad min9
hẽt ſpẽm mali. Tu vero tene ꝙ tria concur
rere debent vt liceat. Primũ ꝙ non capiat
niſi ꝓ ſũptu vel laboꝛe. Secundum ꝙ non
ſit ex offõ obligatus miſtrare. Tertium ꝙ
non hẽat aliunde ſumptus neceſſarios.
Sed ſi ſacerdos ꝑrochialis non hꝫ ſũpt9 7
neceſſarios. nũqd poteſt ſine ſimonia exi
gere aliqd ꝓ ſpũalibus. ℞. ſm Pa. in. c. di
lectus. el ꝑmo. eo. ꝙ ſi põt aliunde ſibi ho
neſte victũ querer. puta ſcribendo ⁊ huiuſ
modi. ſic nõ põt exigere. ſed laboꝛare dꝫ
manibus. 91. di. c. clericus. Si vero nõ põt
tunc eꝑs dꝫ ſibi ꝓuidere. vel popul9 põt cõ
pelli ad ꝑſtandum ſibi neceſſaria ꝓ victu.
⁊ facit glo. bona. in. c. oĩs xꝑianus. de ꝯſe.
di. i. q̃ dicit ꝙ põt ſubtraher ſacra populo
niſi oblatõnem faciat. ⁊ ſm hanc di. intel
lige glo. ⁊ tex. in. c. ꝑcipimus. 21. q. 2. ⁊ ſm
ꝑdicta limita. qꝛ vnum ſine reliquo non ꝓ
cedit. i. q. 3. ſi qs obiecerit.
Tertius eſt qñ datur aliqd ꝓ vita eterna. 8
vel remiſſione ſuoꝛum peccatoꝛum ſm illõ
daniel. 4. peccata tua elis redime. de teſta.
c. ſi. 13. q. 2. aie. 82. di. ꝑſbiter. i glo. Rõ. qꝛ ꝑ
dicta ꝓponũtur nobis venalia. a deo ꝓ mo
neta dilectõis ⁊ opibus caritatis. qꝛ elia ñ
ẽ ꝑcium vite eterne. niſi in q̃tum ipatur a ca
ritate. non ſic alia ſpũalia que conferuntur
ꝑ miniſtros eccleſie.
Utrum faciens votum deo vt obtineat 9
quid tempoꝛale ſit ſimoniacus. vide. j. Uo
tum ꝑmo. §. 9.
Quartus eſt qñ datur aliqd ꝓ redimen 10
da vexatõe q̃ ſibi ſit in re ſpũali. c. dilectus
el primo. eo. Quod limito verum. qñ cer
tus eſt de iniuſtitia que ſibi fit. ſecus eſſet in
dubio. qꝛ non liceret. Unde ſi eꝑs me iniu
ſte excõicet poſſum ſibi dare pecuniam. vt
ſñiam reuocet ⁊ me abſoluat. ſm glo. in. c.
ad aures. eo. Inno. ibidẽ tꝫ ꝯtrarium. ſ. ꝙ
non poſſit ſine ſimonia. Sꝫ Jo. An. ibidẽ.
⁊ ſequitur Pa. dicit ꝙ ſi tali iminet aliqd
graue ꝑiudicium ex dilatata abſolutõe. pu
ta. qꝛ debebat eligere vel eligi. vel currit ſi
bi ꝑſcriptio ⁊ h9modi. ſic vera eſt opinio
glo. qꝛ tunc redimit vexatõem ſuaꝫ. d. c. di
lectus. Si nõ ſubeſt ſibi aliquod ꝑiudiciuꝫ
ex dilatione abſolutionis. tunc eſt vera opi
nio Inno. ⁊ iõ hẽat recurſũ ad ſuꝑioꝛem
ar. c. nullus. de iure patro. Idem dic de ſuſ
penſione vel interdicto.
11 Utrum poſſit aliqd dari ꝯdicenti mihi d
iure vel de facto. ne ſequar aliquod ſpũale
℞. Pa. in. c. Matheus. eo. ꝙ non lꝫ ꝓ iu
re querendo ſine ſimonia. ar. c. ſignificaſti.
de ele. Nec ẽt ꝓ poſſeſſione hñda poſt ius
queſitum ſm Inno. in. c. ad aures. d ſimo.
⁊ glo. 16. q. 7. decimas. ſꝫ ꝓ iure queſito. ſic
vt in. d. c. dilectus. Ubi Pa. ẽt addit limitã
do ꝑdicta. ꝙ ſi ꝑꝑ potentiam aduerſariũ ñ
poſſet apud ſuꝑioꝛem de facili conſeq poſ
ſeſſionẽ. tunc vt euitet magnũ incomodum
poſſet aliqd dare ſine ſimonia. ſ. cut dictũ ẽ
de abſolutione ab excõicatione. Si vero i
iuſte poſſidet non põt aliquid dare ſine ſi
monia vt non vexetur. Similiter ne eꝑus
eum iuſte deponat: vel ne accuſetur iuſte vſ
illi qui ꝑtendit ius in beneficio. qꝛ tunc non
eẽt redimere vexatiõem. vt nõ. in. c. nemo.
eo. ti. Hic aduerte. ꝙ reddens ſpirituale
quod vſurpat ſolũ ex pecunia. lꝫ dans poſ
ſit ſine ſimonia redimere. tñ ille a quo redi
mitur eſt ſimoniacus ſm Hoſti.
12 Utrum poſſit ſine ſimonia aliquid dari ꝑ
ſbitero ꝓ baptiſmo qui non vult aliter bap
tizare. ℞. Pa. in. c. cum in eccleſie. eo. ti. ꝙ
in adulto non. qꝛ ꝑꝑ ꝯtritionem põt ſalua
ri. ar. c. debitum. ⁊ qd ibi notatur. d bapti
⁊ in. c. 2. de ꝑſbi. non bap. Sed ꝓ infante
ſunt opiniones. Aliqui. vt Tho. 2. 2. ⁊ Pe.
de tarẽ. ⁊ Pe. de palu. in. 4. ⁊ glo. i. c. bap
tizandis. i. q. i. dicunt ꝙ non lꝫ. qꝛ non ſunt
faciẽda mala vt veniant bõa. 14. di. c. qd ait
loth. ⁊ ibi glo. ⁊. 46. di. ſicut. Sꝫ Pa. vbi
ſ. ⁊ Ricar. ⁊ Ladul. in. 4. di. 25. reputant
verum in adulto. qꝛ bona voluntas ei ſuffi
cit in tali caſu. Sed qñ quis hꝫ puerum ⁊
non reperitur alius qui poſſit baptizare vſ
ſciat. vt puta qꝛ eſt mutus vel non hꝫ man9
ille qui querit ꝙ baptizetur. nec alium hꝫ.
ꝙ tunc licite dat. qꝛ non emit ſpũale. nec h
dꝫ intendere ſed remouere vexatõeꝫ ⁊ im
pedimentum. ⁊ dꝫ intendere emere tꝑale
ſ. aquam ſolum. ⁊ hoc tene.
13 Utrum licite detur pecunia pagano vt ſe
baptizari ꝑmittat. ℞. in glo. i. q. 2. in. c. q̃
pio recitantur opi. ſed tene opi. Pa. in. c.
cum in eccleſie. eo. q dicit ꝙ ſi ꝑꝑ pauꝑta
tẽ timeret venire ad fidẽ. tũc lꝫ ei aliqd daſ
vt veniat. Si vero non hꝫ voluntatem ve
niendi. niſi ꝑꝑ cupiditatem. tunc non lꝫ. qꝛ
baptiſmus ei parum ꝓdeſſet. 15. q. i. non ẽ
ymo peccat. qꝛ abutitur bono. ⁊ ſimiliſ dã
tes. ar. 23. q. 5. ad fidem. niſi ꝓbabiliter ꝑſu
meret ꝙ poſtea mutabit voluntatem.
Quid ſi eccleſia mea vel ꝑbenda me re 14
moto alteri eſt aſſignata. ℞. ꝙ ſi ꝓ precio
eam recupero vel redimo. ſimonia eſt. ſiue
iuſte. ſiue iniuſte ſim ãmotus. Secuſ ante ꝑ
uationem ſi iuſte tenebam. qꝛ ſic eſt redime
re vexationem meam. concoꝛdat Inno. in
c. ad aures. eo. ⁊ Pa. in. c. Matheus. eo.
ti. Intellige qñ remotus eſt a ꝑlato ſuꝑioꝛi
qꝛ ſecus ſi expelleref ab aliquo tirãno. naꝫ
tunc ẽt poſt remotõem poſſet dare.
Utꝝ ſit ſiõnia ſi pecũia datur eꝑo vt ñ cõ 15
ferat ſiõniace. ℞. Pa. in. d. c. cũ in eccleſie
ꝙ ſic ex pte recipientis. ſed ñ ex pte dantis.
Utꝝ capitulũ dans aliqd alicui q electio 16
nẽ ipedit de quo ꝯſtat. ꝙ in electiõe nulluꝫ
ius habet vt deſiſtat ſit ſiõniacum. ℞. ꝙ nõ
ſi ipediret. ne ſipſꝛ electõ fieret. ſꝫ ſi ipediret
ne iſte uel ille eligeretur. ſic ñ poſſet. ſic nec
ille cuius electõem impediret. ſm Rodo.
Quint9 caſus eſt qñ ꝓcuratio dat eꝑo ꝓ 17
viſitatõe vel ꝯſecratõne eccľie. d cẽſ. c. cũ a
poſtol9. ⁊ d ſimo. c. cũ ſit rõana. d ꝑſcrip. c
cũ ex officij. ⁊. 10. q. 3. ſtatũ. ⁊ lꝫ doc. diuſi
mode velint aſſignare rõem tñ iñ dic. ꝙ h
ſit legis auctoꝛitate. ⁊ iõ nõ peccat. 23. q. 4.
qui peccat. Aduerte tñ ꝙ tũc licite põt da
ri. quando eſt ꝓcuratio moderata. de qua
vide. ſ. Uiſitatio. §. 3. aliter non liceret.
Sext9 caſus ẽ qñ exigit i pactũ expſſe. qd 18
a iuſ ꝑmittitur. vt dictũ ẽ i ꝑcedẽn. §. ľ qd ie
rat. vt i. c. oli. el. i. de reſti. ſpo. ⁊ ibi Pa. Jõ
vt dicẽ idẽ Pa. i. c. i. d eo q mit. i poſ. qꝛ lꝫ
ſpũalia ñ accipiant extiatõem. tñ itereſſe ex
eis ꝓuentẽs bñ põt eẽ extiabile ⁊ ſuꝑ eo tã
q̃ ſuꝑ tꝑali ꝓcedi põt. vt dicẽ glo. i. c. coꝛã.
de offi. dele.
Utꝝ vicari9 recipiẽdo ſalariũ ſit ſiõniac9 19
℞. Pa. i. c. i. ne. ꝑ. vi. ſu. ꝙ nõ. qꝛ locat operaſ
ſuas. ſicut nec aſſeſſoꝛ. vt i. c. ſtatutũ. d reſcrip.
li. 6. nec aduocat9. 14. q. 5. nõ ſane.
Septim9 caſus ẽ qñ qd exigitur ꝑ mõm 20
iſinuatõis exigiſ. vt ſi dicatur volẽti itrare
religionẽ ꝙ aliqd ſecũ poꝛtet vñ poſſit vi
uer. Qd veꝝ credo ſꝫ Pa. i. c. ñ ſatis. eo.
dũmõ ñ deducat i pactũ. ⁊ ita ꝯcõda Inno.
in. c. tua eo. ti. q̃ vſ tenere ꝙ ñ lꝫ dicẽ. ſi vis

viuere mecū poꝛta tecū. ꝛ glo.i.d.c. n̄ ſatis q̄ dicit ꝙ lꝫ ſic diceꝛ. de quo tñ dic. vt.ȷ̄.Si monia.4.

21. Octauus caſus ē qñ ſubeſt ꝯſuetudo vt aliqd ꝓ ſpūalibꝰ exigatur. ꝺ quo tñ dic. vt ſ̄.Cōſuetudo.§.12.Aduꝫte ēt ꝙ illꝺ hꝫ locū vbi a laicis debetur aliqd clicis. Sꝫ vbi cō ſuetudo ē vt a clicis aliqd exigatur. tūc dic ſm Pa.i.c.Jacobꝰ.eo.ꝙ ad ꝑuatū commodū clicoꝝ n̄ valet.ſꝫ bñ i fauoꝛē diuini cultꝰ ſi n̄ ꝑceſſit itellige exactō añ ſacꝫoꝝ exhibitōnē. ꝛ ꝓpea dicit Jnno. ꝛ Jo.de ligna.i.d.c ad apſicā.ꝙ ꝯſuetudo q̄ datur aliqd añ receptiōem ſacꝫoꝝ ē coꝛruptella.nec valet q̄tūcūqꝫ lōga.et qñ n̄ ꝑceſſit exactō. qꝛ valeat i laicis ꝛ n̄ clicis. Rō diuꝺſitatis ē.qꝛ laici videntur ſe obligaſſe ſub noie cuiuſdā oblatōis.facit qꝺ nō.i.c.nouū genus.de deci.

22 Nonus caſus eſt qñ qs cā ꝑmutatōis aliqd dat i recōpēſatōeꝫ maioꝛis bñficij.ꝺ quo dic vt.ſ̄.Permutatō.§.6. Et aduꝫte ꝙ tractatꝰ ꝑmutatōis īter ꝑtes ſup bñficijs n̄ iducit ſiōniā.vt.ſ̄.Permutatō.§.4. ymo vt dicit Car.i Cle.vnica.ꝺ re.ꝑmu. i renūtiatōe ex ꝑmi pōt.ꝙ cā ꝑmutatōis renūtiat ſine ſiōnia.qꝛ a iure ꝑmittitur.de ele.ſignificaſti. ꝺ re.ꝑmu.c.vniuerſoꝛum. ꝛ.c. vnico de re. permu.li.6. ꝛ.d.Cle.vnica.

23 Decimꝰ caſꝰ ē qñ vaſa ſacra vēdūtur.q̄ lꝫ ſit ānexa ſpūali.tñ vēdi pñt ſiñ ſiōnia.n̄ hito reſpectu ad foꝛmā ꝯſecratōis ſm Ricā. i quoꝛ.2.q.22.ita tñ ꝙ alteri eccl̄e i eadē foꝛma vendātur. Sed ꝑſone ſeculari nō lꝫ vēdere.niſi redacta i ꝑſtinā maſſā. Et idē dico de veſtibꝰ ſacris ꝙ alteri eccl̄e vēdi pñt

24 Sed nūqd lꝫ aliqd exigeꝛ ꝓ criſmate hito reſpectu ad liquoꝛē. R̸. Pa.in.c.ea q̄ de auaricie.eo.ti.ꝙ n̄ ſine ſiōnia. qꝛ criſma in q̄tū ſacꝫm eſt.nō ſolū ē ſpūale.ſꝫ ēt in q̄tū liqꝛ eſt qd ſpūale.i.q.i.placuit.el ꝑmo.ſimiliter nec panis bñdictus l' cādele benedicte

25 Undecimus caſus ē qñ venditur dependens ſiue ꝯſequens ad id qꝺ depēdet a ſpūali ſꝫ Ricar.vbi.ſ̄.ſicut ē ꝑceptio deciarū ꝛ fructus bñficioꝝ.panis oblatꝰ l' cera.granū. ꝛ hꝰmōi q̄ offeruntur i eccl̄a. Nā iꝰ ꝑci ꝑiēdi ſpūale ē ꝛ vēdi nō pōt.ſed bñ fructꝰ. Et iō dicit Pa.i.c.i.ne ꝑ.vi.ſu. ꝙ ꝑlatꝰ bñ pōt vēdere obuētōes iuriſditōis tāq̄ fructus ſꝫ glo.ibidē.ſed tñ ſm Jnno.nō debēt vēdi exercēti illā iuriſditōem. ꝛ bñ. qꝛ ꝑꝑ cōnexitatē videꝛ vendere ipaꝫ iuriſditōeꝫ i.q.3.c.ſi qs obiecerit: Silꝛ alij fructꝰ eccl̄e ſm Ho.vēdi pñt cū ſint coꝛpōales.itellige verū a beneficiato q̄diu ipe viuit.nō a plato q habet ius ꝯferendi. ar.c. vnici.§.ſi. vt eccle.ben. ꝛ ſiſꝛ dicit idē Pa.i.c.ſi.ne ꝑ.vi. ſu. ꝙ pñt locari laico obuentōes eccl̄e. dūmō ponat clicū loco ſui ꝓ recolligendis.ne ꝑſūptuoſe ad altare accedat vbi ſiūt oblationes. ar.c.i. ꝛ.2.ne cleri.vel mo.

16 Utrū dans pecuniā ꝓ admiſtratiōe rerū eccl̄aſticarū cōitat ſiōniaꝫ. R̸. Pa.in.c.cōſulere.eo.ꝙ ſic. ꝛ ibi tex. Hoc lꝫto ſm glo. i.c.Saluatoꝛ.i.q.3.qñ tal' admiſtratio hꝫ aliqꝺ ſpūale annexū.alias nō.qꝛ tꝑale iuriſditōem poſſet dare ſub penſiōe annua. Et idē dic.ſ.ſiōniacū ſi dat ꝓ admiſtratōe pauꝑum ꝛ hoſpitaliū.i.q.7.ſi qs ocm i glo. ꝛ i aūt.de ſancti. epis.§.ſed neq̄ ſcꝺm Pe. de ꝑuſio.tractatu.de canonica poꝛtōe epi. c.4.ſiue hoſpitalia ſint auctoꝛitate epi conſtructa. ſiue nō. ſecus ſi dat vt recipiat ad ſeruieñ ſolū ſine aliquo iure cōſequendo. Et ſic intellige.c.vnicū.vt eccl̄a.bene. ꝙ eccleſia.i.ꝑlatura ſub annuo cenſu cōcedi nō pōt.de ſimo.c.nō ſatiſ.21.q.2.ꝑcipimus.Unꝺ emēs ꝑpoſituram. yconoicatū. vicedñium aduocatōem.caſtaldatū ꝛ hꝰmōi ſiōniacus eſt.i.q.i.ſi qs epſ.ſcꝺm tñ litatōem ꝑdictam

17 Utrū dans aliqd vt ſeruiat tāq̄ vicarius in eccl̄a ſit ſiōniacus. R̸. Pa.i.c. ad nr̄am. eo.ꝙ ſic.vꝺ bonū tex.cū glo.i.c.lꝫ.ꝺ ꝑcis

18 Utrū vendens villam ꝛ ius patronatus qꝺ habet in ea ſit ſiōniacus. R̸. Pa.in.c.q̄rellam.ꝺ ſimo.ꝙ ſic.qꝛ copulatiua facit venire copulatū ꝑncipalꝛ. ꝛ nō acceſſōie. Secus ſi dicatur.vendo villam cum iur̄ patronatus. ꝛ ſic intellige Jo.An.in.c.i.de iure patro.li.6.Ego vero quo ad conſciam recurrerem ad intentionem ſi habuit.ſ.aium vendendi ius patronatus ſpecialꝛ. ꝛ ſic ſit ſiōniacus.qꝺ pꝫ qñ plus vēdit villā. alias n̄

19 Undecimus caſus eſt qñ eps recipit clicū ad ſeruitiū ſpūale ꝛ tꝑale ꝑſtañ ſibi cū ꝓmiſſiōe.ꝙ annuati ſoluet ſibi certū ſalariū donec ſibi prouiderit de beneficio. Nam licet h ſm Ho.dūmō ſpālꝛ nō ſe obligauerit ad ſeruitiū tꝑale preſtañ. nec cōitit ſiōnia poſtmodū reitendo ſalariū cū ꝯferiur bñficiū.qꝛ ſalariū erat ſub ꝯdictiōe. ꝛ facta collatōe bñficij expirat ꝯdictio. Jnſti.ꝺ v. ob.§.ois. Secꝰ ſi ꝓmiſſio ſalarij fuiſſet pura ꝛ ꝑpetua.ar.c. veniens.eo.ti. Qꝺ qdē Pa.i.c.cū eēnt.eo.cr̄dit veꝝ ꝙ lꝫ qñ ꝑlatꝰ n̄ iducit ꝑncipalꝛ ꝑꝑ ſeruitiū.ſed qꝛ ille mereꝛ. alꝛ ſi cā finaꝛ ſit ſeruitiū non licet.ar.c. graue.ꝺ ꝑben.ſecus ſi ſit cauſa impulſiua.

30 Quid de illo q recipit ꝓmiſſionē bñficij ꝑſtandi ꝓ uoce electionis danda. R̸.ſimoniacus ē.c.ꝺ hoc.eo.ti. Jdē dic ſi recipit ꝓ electōe nō ipediēda.ſiue añ.ſiue pꝰ.dūmō nūdū ſit ius acqſitū i ea electiōe.nā acqſito iur̄ lꝫ redimē ſuā vexatiōem.vt.ſ̄ .4.caſu.

31 Tertiuſdecimus caſus ē qñ pecunia daꝛ ꝓ tꝑali iuriſditōe bñda. ſꝫ Pa.i.c.i.ne. ꝑ.vices ſu. ſꝫ tñ lꝫ n̄ ſit ſiōnia ē graue. pcm. ꝯacit ad h.c.nēo. ꝛ qꝺ ibi nō.eo.ti. ꝛ.i.q.i in ſūma. Et glo.i.i.c.qm̄.ne ꝑ.vi.ſu. q̄ lꝫ ꝙ ē ſiōnia.dꝫ intelligi ꝺa ſm Pa.in.d.c. qm̄. qñ tꝑalis iuriſditio hꝫ depēdētiā ab offō eccl̄aſtico.qꝛ ꝑ talē ꝯnexitatē ꝯmittiꝛ ſiōnia d.c. ꝯſulere.eo.ti.ſed qñ n̄ hꝫ dependētiā ab offō eccl̄aſtico.nō ē ſiōnia ſed turpe lucrū. ꝛ ꝯ legē ſm Pa.in.d.c.i.vt i aūt. vt iudi.ſine quo.ſuffra. ꝛ i aūt.de man.ꝑn.§.illꝺ Ho.tñ tꝫ.ꝙ ſit ſiōnia dare pecuniā vt ꝓmoueaꝛ qs in ipatoꝛē.l' regē.potſtē.l' rectoꝛē alicuiꝰ ciuitatis. qꝛ iuriſditio ē ſpūal'.i.q.3. ex multꝫ. Unꝺ vendere gaſtaldionatū.l'.yconomatū ē ſiōniacū.i.q.i.ſi qs eps. ꝛ.i.q.3. Saluatoꝛ. Ois.n.potās a deo eſt. ꝛ iō ſpūalis vꝫ. Sed credo ſit vérioꝛ opi. Pa.ymo Ge.tꝫ.ꝙ ēt lꝫ dare aliqd ꝓ hñdo offō tꝑali.de quo vide.ſ̄.Officiū.§.i. ꝛ dic vt ibi.

32 Quartuſdecimꝰ caſus ē. qñ ſpūale ꝓ ſpūali exigitur.vt puta.vnꝰ dꝫ dicere ꝑmā miſſā.alꝛ ſam. ꝛ ꝯueniūt adinuicē ꝙ vnꝰ dicat miſſā ꝓ alio. ꝛ ecōuerſo. Tho.vꝺ tꝫ.ꝙ ſi interueniat pactū erit vicioſū.niſi bñficio.l' ꝑſōatui ſit ānexū tale onꝰ.vt puta ꝑbēꝯp.ſ.ꝙ q eā hūerit dicat miſſā ꝺ bta virgine.vt ex de ꝑbē.c.ſignificatū. Sil'e vꝫ tenere Ricar. i.4.di.25.articulo.3.q.i.dicēs ꝙ ſi duo ſūt baptizandi. ꝛ vnus dicat baptizabo te tali pacto ꝙ baptizes me.ꝙ ē ſiōniacū. Rō qꝛ in talibꝰ nulla pactō l' ꝯuentio dꝫ interuenire.c.tua nobis.eo.ti. ꝛ h ꝑꝑ duo. Prio.qꝛ res a n̄ dño emitur. ſicꝫ a miſtro ſacꝫoꝝ q n̄ ē dñs. Secūdo.qꝛ ē ꝯ rōeꝫ gr̄e ꝙ vēdatur Sꝫ tu aduerte ꝙ qñ vnꝰ teneꝛ dicē ꝑmā miſſā ꝛ ꝯuenit cū eo q tñr dicere ſam. ꝓ ſa dicenda.vt alꝰ dicat ꝑmā. ꝙ li ꝓ:nō denotat appꝑciatōem ſed adminiculatōeꝫ.cū ille n̄ poſſit dicere miſſā ꝓ alio.niſi dicat ꝓ eo. ꝛ iō lꝫ.ſꝫ in caſu ꝑdictoꝝ doc.li ꝓ:dicit appꝑciatōem. ꝛ iō illicitū ē pactū.ſꝫ bñ poſſet dicere ſm ꝑdictos doc. Hodie ego dico ꝓ te. l' te baptizo. ꝛ rogo vt cras dicas ꝓ me. l' baptizes me poſtea ꝛ huiuſmodi ſine pactōe.

33 Quintuſdecimꝰ caſus qñ datur rōe ꝓuocatōis ad oꝛañ.ſicut qñ datur elēia religioſis paupibꝰ vt ꝓuocentur oꝛaꝛ ꝛ miſſas dicere ꝓ eis.de quo dic.vt.ȷ̄. Simonia.3.§.9

34 Sextuſdecimꝰ rōe punitōis ſicꝫ i abſolōne excōicatiōis exigiꝛ pecūia n̄ ꝓ abſolōne qꝛ eſſet ſimonia:ſed ꝓ punitōe pci.c.ad aures eo.ꝯcoꝛ. Ricar.vbi.ſ̄. ꝛ addit: caueat abſoluens ne in hoc magis itendat deſuire cupiditati q̄ coꝛrectioni.

Decimuſeptimꝰ rōe liberalitatis qꝛ gratꝫ daꝛ ꝛ ḡtis accipiꝛ n̄ rōne alicuiꝰ ſpūalis. i.q.i.qcqd.ſed tñ nōbilitas i tali dato facit ꝑſūptā ſimoniā.vt i.c. ꝛ ſi qōnes.eo.ti. 35

# Simonia 3.

Circha bñficia. dignitates ꝛ officia. ꝛ ꝑmo circha electionem ſeu ꝓmotionem queritur.

Utꝝ reges ꝛ ꝑncipes ꝛ alij recipiētes pecuniā vt ꝯſēciāt electiōi ſeu ꝓmotioni ad aliquā dignitatē vel ꝑlaturā ſint ſimoniaci. R̸. Pa.in.c.de hoc.eo.ꝙ ſic. ꝛ teneñꝛ reſtituere illi eccl̄ie de cuiꝰ ꝑlatura agebaꝛ: lꝫ n̄ eēt de bonis eccl̄ie.vt pꝫ in eodem.c.de hoc. 1

Quid de canonico q ꝯuenit cū alijs canonicis vt ꝯplaceāt ſibi ꝺ aliquo canōico recipiēdo: ꝛ poſtea ipe eis ꝯplacebit ꝺ alio. R̸. ꝙ ſimonia eſt.c.q̄ſpio.i.q.2. 2

Quid ſi dicat aliqs eoꝝ nūq̄ ꝯſēciā ꝙ aliqs fiat canonicꝰ niſi mihi ꝯſētiaꝫ ꝺ meo. R̸. ſm Ray. Simoniacꝰ ē. Si tñ ꝯſuetudo eēt ꝙ qñ vnꝰ fuit exauditꝰ i vna.ꝙ alꝛ pꝰea exaudiaꝛ i alia.poſſet tūc talē ꝯſuetudinē rogaꝛ ſuādā.ar.63.di.qꝛ igiꝛ.ꝺ ꝯſtu.c.cū oēs 5

Utꝝ cōitat ſimoniā q facit pactū cū illo cui bñficiū ꝯfert vt retineat aliquā poꝛtionē ex redditibꝰ bñficij. R̸. Pa.i.c.i.vt eccl̄ia. bñ.ꝙ ſic: Nō tñ ꝙ eps ex iuſta cā ꝛ neceſſaria pōt ſtatuere vt reddituꝰ certi tꝑis bñficij vacātis deputēꝛ.ad certū vſū laudabilē.facit.c.vltimū de v.ſi. Jtē ꝓ ſolōne ſuoꝝ debitoꝝ:itellige ꝯctoꝝ noie eccl̄ie.ſecꝰ ſi ꝯtraxiſſet noie ꝑuato.vt nō.glo.in.c.i.de ſolut. facit.c.ſi ꝑꝑ tua.de reſcrip.li.6. 4.

Utꝝ ꝓmouēdꝰ i rectoꝛē alicuiꝰ eccl̄ie ꝛ paciſcēs vt ſoluat pēſiōem maioꝛē colatoꝛi ſit ſimoniacꝰ. R̸. Pa.in.c.cū clici.de pacꝫ.ꝙ ſic. Silꝛ ēt ſi ꝓmouēdꝰ ꝑpa auctoꝛitate obliget ſe ad pēſiōem: ꝛ n̄ tꝫ colatio ſm Pa. ibidē:lꝫ Jo.An.teneat ꝙ tenet. 5

Circa officia q̄riꝛ.qd de ꝑſb̄ꝛo q vēdit officiū poꝛtandi aquā bñdictaꝫ ꝑ ſtā ꝑrochiaꝫ. R̸.ſm Rodoñ.ꝙ licite pōt fieri ſi vēdit emolumēta ſibi ex ꝯſuetudine ꝓuenire ꝯſueta: Si aūt vēdit tale offiū.nō ē ſimonia:ſed turpe lucrū: Si aūt vēdit aquam bñdictaꝫ vel paneꝫ bñdictū ſic ē ſimonia ſꝫ Alex. ꝛ Rodoñ.qꝛ in receptione taliū cōſeꝛꝛ r̄miſſio venialium pcōꝝ. 6

Quid ſi qs vēdat offiū claudendi hoſtia 7

vel pulſandi cāpanas ⁊ hꝰmōi. ſʒ Rodo. ꝙ ſiōniacus eſt. ſūpto noīe ſimonie large. ſicut talia officia ſꝫ ſpūalia large. Si tñ da tū ſit alicui tale offm̄ grans. ⁊ ꝯſuetudo ſit loci. ꝙ poſſit ponē aliū loco ſui. ⁊ locaꝛ ⁊ vendere ad vitā ipſiꝰ dantis. nō' eēt ſiōnia ſʒ Rodo. Sed tu aduerte. q̄ꝛ.i.q.3.c.i. dꝛ ꝙ nō eſt ſacri numeris offm̄ claudere hoſtia eccleſie. ſʒ tm̄ ſibi annexū vel vnitū. Et dicit glo. ibi. ꝙ tunc eſt ſiōnia emeꝛ aliquā admiſtratōem vel offm̄ eccleſie qñ ē ānexū alicui ſpūali. vel cōſueuit ꝑ clericū exerceri ſolū. ⁊ ſic tene ꝙ ē ſiōnia vendere offm̄. ſecus vendere redditus.

8 Quid de dantibꝰ aliqd vt poſſint in prochia l' epatu q̄reꝛ l' q̄ſtuaꝛ. R. ſm Tho.i q̄l. ꝙ ſacerdotes. ꝓlati recipiētes. ſiōniaci ſunt cū ꝑſuaſio ſacerdotis ſpūalis ſit ⁊ ei credatur. q̄ꝛ ꝓlati aut pſbr̄i ſunt. ⁊ ſic eſt ſiōnia reſpectu ꝓlati l' pſbiteri concedentis. reſpectu vero dantis. ſacrilegiū eſt. q̄ꝛ ibi eſt ðfraudatio elēaꝝ ꝯ intentōem dantiū. ⁊ tñr vterqꝫ ad reſtitutōem. ſi tales q̄ſtores ſunt ſceleratí vt ſunt chiaratani. ſed quo ad reſtitutōeʒ dic. vt Reſtitutio ꝓmo in. v̄. turpiter. §.i.

9 Utꝝ liceat dare l' accipe pecuniā ꝓ orōe. ꝑdicatōe. dei laude. l' ꝓceſſiōne. R. ſʒ Ric. vbi.ſ. ⁊ Aſtē. li.6.ti.5. ꝙ ñ. Hec. n. ⁊ ſiſia dicuntur ſpūalia i q̄tū ex gr̄a ꝓcedūt. ⁊ ad gl'am diſponunt. q̄ tñ ꝑ hoīum miſterium exhibentur. ⁊ iō vendere in his ꝙ ē ſpūale ſiōnia eſt. Et iō q ꝑdicat ꝑncipalr̄ vt laudē vel fauorē cōſequatur humanū vel lucrū ſiōniacꝰ eſt. ſaltē mētalis.i.q.3. nō ſolū. Aduerte tñ ꝙ dantes elēās paupibus aut religioſis. vt ipetrent orōis ſuffragiū nō dr̄ q̄ꝛ intendant emere orōes. ſed q̄ꝛ ꝑ gratuitaʒ beneficentiam eos ꝓuocare ad orañ ꝓ ſe gratis ⁊ ex caritate. ⁊ ſic nō peccant.

10 Quid de ſtatuentibus in aliqua eccl'a ꝙ ꝓceſſio nō fiat in aliquo funere. niſi tantā pecuniā legaſſet eccl'e. R. ſʒ Ray. ⁊ Tho. ꝙ ſiōniaci ſunt. ar. ð iur. iur. c. ſicut. el ꝓmo ⁊ ſo. ſecꝰ ſi ſtatuereꝛ. ꝙ legantibꝰ talē ſūmā fieret talis honor l' ꝓceſſio. ar. ex̄. eo. c. cuʒ ſit. Nō diuſitaſ ē. q̄ꝛ i ꝑrio ē exactō. q̄ꝛ ꝑſupponit ꝙ ꝓ minori nō fiat. in ſo hʒ ſpēʒ gratuite recōpēſatōis. q̄ꝛ ñ negaꝛ. ne ēt fiat ꝓ ñ legantibꝰ. ar. ð iur. iur. c. ſicut. el ꝓmo ⁊.2º.

11 Utꝝ liceat dare pecuniā ꝓ anniuerſario celebrando. ⁊ huiꝰmōi. R. Ri. i.4. di.25. ꝙ non lʒ ꝓ hoc pactū facere de danda pecunia. ſed ſi ex ðuotōe det eccl'a dʒ celebrare. Inno. vo in. c. qm̄ enormis. ne ꝑ. vi. ſu. dicit ꝙ ñ ſolū lʒ. ſed ēt ē meritoriū aliquos redditꝰ ꝯſtitueꝛ i eccl'a vt ibi fiat anniuerſariū ꝓ aliquo: ſʒ h̄ ꝯſtitui ñ pōt ꝑ donatoreʒ q̄ꝛ ñ lʒ ei cōdictiōes ſpūales appone: ſed tm̄ tp̄ales vt redēptiōeʒ captiuoꝝ. i2.q.2. auꝝ. ſed pt ꝯſtitui ꝑ illos q hñt āniuſariū facere ex̄ ð ꝓben. c. ſignificatū. Hoſti. i.d.c. qm̄. lʒ ꝙ pōt iponi tale onꝰ redditibꝰ: ſʒ dicit tutꝰ fore relinq̄re ſic. relinquo tali eccl'ie ānuatim io. libr. ſuꝑ tali poſſeſſione diuidēdas iter eos ſolūmō: q meo anniuerſario īterūt: ⁊ rogo vt fiat omni anno.

12 Utꝝ canonicꝰ vadēs ad horas canōicas ꝑncipalr̄ ꝓ denarijs horarijs ſit ſimōiacꝰ. R. Hoſti. i.c. olim de v. ſig. ⁊ ſeq̄ꝛ. Jo. an. ð cle. nō re. c. vnico. li.6. lʒ ꝙ ñ ē vera ſimonia: q̄ꝛ nulla exp̄ſſa pactio interuenit ſʒ ꝙ grauiter peccat: ⁊ mētalē ſimoniā cōitut ſed ꝑ ſolā pñiaʒ ſatiſfacit. c. tua nos ð ſimo.

13 Quid ſi clericꝰ ꝓ ꝑcio vigilet ad ðfūctū ⁊ dicat pſalteriū. R. Hoſti. ꝙ ſi fecit pactū ꝓ eo legere pſalteriū ꝙ ſimonia ē. Si aūt ꝙ vigilaret ñ ē ſimōia lʒ ſcit tacite ꝙ debeat legere pſalteriū. ar. de ꝓben. c. ſignificatū: q̄ꝛ ſic vēdit laborē. quē ñ teneꝛ. ipendere.

14 Quid ſi maior crux. nō portetur niſi pro certo ꝑcio. R. Hoſti. ꝙ ē ſignū auaricie. ⁊ iducit viciū ſimonie. c. audiuimꝰ eo. Siſr ē ſimonia qñ taxaꝛ. ꝓ quāta pecunia qs pōatur i tali ſepultura. cū ibi ſint pl'es ſʒ Hoſti.

15 Utꝝ pactū ð lecto redimēdo anq̄ꝫ corpꝰ ad eccl'iam ðferaꝛ ſit ſimonia. R. ꝙ nō: q̄ꝛ lectus ⁊ huiꝰmodi ē q̄d tp̄ale ⁊ iō pōt vēdi redimi ⁊ huiuſmōi: ſi tñ clerici nolēt ſepelire niſi ꝑus ipoſito ꝑcio de eo redimēdo ſic vꝛ ſimonia cū fiat pactū de tp̄ali ad ſpūale ſm Hoſti. facit. c. vlt. ð re. ꝑmu. Siſr cōitꝛ ſimonia ſi clerici nollēt ſepelire niſi fieret eis cautio ab heredibus defūcti de receptiōe coꝝ que cum funere portanꝛ. ⁊ ſimiliter qñ nolunt ſepeliri ſine pecunia. c. q̄ſta. eſt. i3.q.2.

16 Utꝝ ſit ſimonia ꝓ mr̄imonio daꝛ pecuniaʒ. R. ſm Ricar. in.4. di.25. ar.3. q.i. ꝙ ꝓut mr̄imoniū ē ſacr̄m cadēs idiſpēſatiōe miniſtroꝝ eccleſie. ſic vēdi ñ pōt. ⁊ iō ſimoniacꝰ ē q ꝓ bñdictiōe nubētiū pecuniā exactā accipit. c. cum in eccleſie. eo. ꝓut vo mr̄imoniū ē offm̄ nature: ſic lʒ dare ⁊ accipe ꝑciuʒ ſicut ⁊ ꝓ alijs officijs ciuilibꝰ ⁊ corporalibꝰ.

17 Sed qd ſi nolit bñdicere niſi data pecunia. R. Alex. ꝙ dʒ recurrere ad ſuꝑiorē q ſi noluerit cogeꝛ pſbiteꝝ vt bñdicat gratis. tutiꝰ ē abſtinere q̄ꝫ peccādi occaſiōem dare. Pa. tñ in. c. dilectus el.2. eo. ti. lʒ ꝙ i ſacris volūtarijs ñ lʒ aliqd dare ꝓ eis bñdis: ſʒ i neceſſarijs ſic. Et ſic videreꝛ tenēdo opinionē ꝙ ñ poſſit ꝯſumare mr̄imoniū ſine bñdictiōe vbi ꝯſuetū ē ꝙ licite dare pt cū itentiōe dādi ꝓ redimēda vexatiōe ñ emendi bñdictiōeʒ.

18 Quid ð ſacerdote q ñ vult daꝛ lñiaʒ pro chiano alteri ꝯfitēdi niſi data pecunia. R. Rodoñ. ꝙ ſimoniacꝰ ē. Idē dic ð lñia cōicādi. aut bñdicēdi. ſpōſas. Aduiſe tñ ꝙ ſi ñ itenderet licēciā cōfitēdi cōicādi. vel bñdicēdi ſpōſas ⁊ huiuſmodi vēdere: ſed ſibi ꝓuidē ſi obuētiōibꝰ ⁊ oblatiōibꝰ q̄ eū colligerēt ⁊ ñ plus: ñ eſſet ſimoniacus ſʒ Rodoñ.

19 Utꝝ ſit ſimōia ex pacto dare aliqd ꝓ calicibꝰ veſtibꝰ ⁊ linteaminibꝰ bñdicēdis. R. Ray. lʒ ꝙ ñ: q̄ꝛ ñ ſuēit niſi i criſmate baptiſmo coione eucharuſtia balſamo ſepultura ⁊ baſilica ðd cāda.i.q.i. diuina. c. placuit. c. vt vnꝰqſqꝫ ex̄ eo. ti: cū i eccl'ie. Sʒ tu dic vtꝰcū Goſ. ⁊ Hoſti. ꝙ ē ſimōia. c. ad nr̄aʒ. eo. Idē dic ꝓ bñdictiōe Abbatū. l' abbatiſſaꝝ. vellatiōe v̄ginū. aq̄ bñdēta ⁊ hꝰmōi ſʒ pe. ð pal.

20 Utꝝ archidiaconꝰ q hēt examiare ꝓmouēdos vel ille q rñdet i ſcrutinio ōdinādi ſm formam. c.2. de ſcruti. vel ille miſter q legit euāgeliū cū ſit ordiatio. ſit ſimoniacꝰ ſi aliquid recipit ab ordinandis. R. ꝙ ſic ſcōm dñs Anto. in. c. pe. ex̄. eo.

21 Utꝝ ꝑtēdēs ſcitatē quā ñ hēt vt ꝓmoueaꝛ ad ordies vel bñficia ſit ſimoniacꝰ. R. ꝙ ñ ſed dʒ agere pñiaʒ. c. mandato ex̄. eo.

3 Qñ aūt dant inextimata ⁊ ſine terra: ⁊ tē ſi nullū pactū ſit de capitali aut de fructib⁹ vel tp̄e ſunt quedā extrauagantia ⁊ iura poſita int̄ exordiaria capitalia feudoꝝ in fi. de cie colłonis ſic dicentia. Ille qui accipit iumentum vel vacaz dꝫ tenere per.5.ānos. ⁊ omnes poledri ł vituli dñt eſſe comunes. ⁊ qcquid poledri ḡſierūt tp̄re triturātōis. Iumētum vero ł vaca data dꝫ eſſe illius q euꝫ ł eam poſuit in fine ſocietatis: niſi ille qui accepit ad ſocietatē terciā partē p̄cij dederit ſocio ponenti: quia ſi dedit terciam ptez tunc in fine ip̄m iumētum vł vaca erit cōe. Tu tamen attendēs in ꝯſcia ad arbitriū boni viri. vt equalitas ſeruetur: ita ꝙ qui pl⁹ ponit plus habeat. vt ſ. dictum eſt. Si vero pactum ſit factum: cū pluribus modis ꝯct⁹ concipi poſſint: cum plura ſint negotia qꝫ vocabula.l.nā.ff.de pſcrip.v. Attendendū eſt ꝙ contineat equalitatem arbitrio boni viri p regulā in.d.l.ſi nō fuerit ⁊.l.ppoſita ff.ꝑ ſocio. Aduerte tamen ꝙ qñ animal datur iextimatū nō pōt pactum fieri licite. ꝙ piculum ſit alterius qꝫ eius qui ip̄m dedit. Hoc ētꝫ Bal.i.d.l.ſi paſcēda. Nam cum dictū aial poſitum i ſocietate i fine dbeat eē ponentꝭ: ſi pactuꝫ fieret ꝙ piculum ad ip̄m ponentem non ſpectaret eſſet iniquum. ⁊ ſi ip̄e perdit aial ⁊ ſocius pdit operas. Nec obſtat qd ſ. dixi de capitali pecunie. quia non valet ſilitudo. Rō: qꝛ pecunia ſimił ip̄o vſu ꝯſumit. ⁊ ſic in ipa ſocietate totalr̄ exercet. Sed ſecus ē in aialibus q̄ ñ ſic ꝯſumūt ſed qñqꝫ meliorāt. Un̄ ſicut melioramentū ptinet ad dantē: ſic et piculum ptinere debꝫ d.l.ſm nāꝫ. Si tñ dans i aliquo plus grauaret. puta: qꝛ recipiens nollet teneri in fine d dāno ip̄ius aialis qd euenit culpa ſua: ſꝫ ſolum in pte cum teneat in totum.l.cū duob⁹ §.in coeūda. ⁊.§.dāna.ff.ꝑ ſocio: ſic poſſꝫ i alio alleuiari quo ad piculū ip̄ius aialis p regulā i.d.l.ſm naturaꝫ. Et ex predictis pꝫ ꝙ ille qui dat aialia inextiata cū pacto: ꝙ d p̄mis fructibus capitale ſuū detrahat: illicite facit: ⁊ tenet reſtituere qcqd accepit in grauamē alterius ſocij. Nā ſociū i hoc grauat ꝙ operas ⁊ expenſas quas fecit ſi ſtatī extracto valore capitalis periret ip̄um capitale amitteret: ⁊ ſic ip̄e eſſet i tuto ⁊ alter ſocius i piculo. Sed pone ꝙ nō perit: ſꝫ cum tp̄e multū lucratus ē: alter ſocius ad quā reſtitutōem tenebit pdictus. R.ꝙ ad tm̄ qꝫtū arbitrio boni viri extimabit piculū pditōis opaꝝ ⁊ expēſaꝝ quas pdere poterat.

4 Quando vō dātur aialia groſſioris gīis

cū terra. vt puta cōico ſocio vnū par bouꝫ cū certa quātitate terre quā arare dēat. Et tūc ſi inextiata tradidi periculū totuꝫ ad me ꝑtinebit. Si vō extiata periculuꝫ erit cōe.d.§.dāna: niſi dolo vel culpa alterius ꝓceſſerit vt ibi dr̄. Siīr fructus terre erit cōis qn̄ extiata ſit tradita. Rō: qꝛ vnꝰ pōit ꝑte bouū ⁊ trā: alī ꝑtē bouꝫ quā vr̄ eiſſe rōe extiatōis ⁊ opas ⁊ eqtas vlī vt eq̄lr̄ partiaṫ fructꝰ: non aūt erunt cōes fructus qn̄ predicta aīalia dāṫ inextiata. Rō qꝛ alter ſolū pōit operas: ⁊ alter aīalia ⁊ terrā. Nō vez itelligo: niſi forte induſtria ſocij tm̄ extiaret aut plus. Et iō arbitrio boni viri iudicandum erit: vt eq̄litas ſeruet.d.l.propoſita.

5 De aīalibus minuſ vt ouibus: porcis: capris ⁊ huiuſmōi. Aduerte ꝙ iuenit in extrauagātibus poſitis i fine decle colloīs feudorū: ꝙ talia aīalia dn̄t dari ad tres ānos: ⁊ i vnoquoqꝫ āno dꝫ dare ꝓ capra duodecīꝫ formaticos optimos ⁊ ꝓ pecude ſex. nec tn̄ groſſos q̄ztum facerēt 10. pecudes: nec tn̄ paruos q̄ztū facit vna mīmatura vnius pecudis: ſed mediocres arbitrio boni viri. In fine vero capra vel ouis data ante omnia erit ipius tradēns: niſi ille qui accepit ſolueret terciā ꝑtem precij ipius. qꝛ ſic erit cōis. Capreti vō ⁊ agni. ⁊ lana erūt cōes. In porcis vō oī āno ſunt ꝑtiēdi porcelli: niſi ille q accepit voluerit tenere eos vſqꝫ ad tres ānos: ⁊ i fine triū ānoꝝ oia ꝑtiri dn̄t per medium: ⁊ ēt porcelli nati de porcell. Si tn̄ conſuetudo vel pactū aliud eſſet. vel extiata data eſſent: dic ſm̄ ꝙ dictū ē de aīalibus groſſioribus. vt oīo ſeruet equalitas ⁊ iniuſtitia nulla fiat alteri ab altero.

6 Scd̄o mō ꝯbiṫ ſocietas ſic. Daṫ aīalia ſed nō cōicanṫ: nec eoꝝ dn̄ium trāſferṫ ſed ſolū cuſtodie alterius cōmittunṫ aliquo dato vel recepto precio: ⁊ tūc ꝓprie ꝯctus locatōis ē ⁊ ꝯductōis.l.2 ff.locati. Si aūt nō iteruenit ꝓcium: ſed tradens dcā aīalia recipit aliqd. vt puta ꝓ bobus vt arent vel pro pecudibus vt ſtercorizēt ⁊ hꝰmōi. Aut recipit ille cui tradunṫ ꝓ mercede cuſtodie aliquid: vel opa aīalū vt ſtercorizatio ꝓ mercede ꝯpēſet: qui oēs tres mōi ꝯſiderari poſſunt vt i ſili in ſeruo dicit tex.in.l.i.§.ſi quis ſeruū.ff.depoſiti: ſic erit ꝯctus inoiatus ⁊ regulabiṫ ſecūdū ꝯctū locatōis cui magis aſſimilat. vt in.d.§.ſeruū. ⁊ .l. nāīs i prin.ff.d ꝑſcrip.v. cuiꝰ rō ē vt fructꝰ ⁊ ꝑiculū pertineāt ad dn̄um rei locate.l.ueni ſi ꝑcio.§.i. ⁊ .2.ff.locati. ⁊ de eo hēs.s̄. Locatio.

7 Tertio mō danṫ aīalia ⁊ in totū trāſferuntur i accipiētē cū pacto ꝙ teneat ea ad meliorandū: ⁊ ſic meliorata cōicenṫ: ⁊ ſic dr̄ ꝯtractus inoiatus. vt dicit tex.in.l.ſi tibi aree mee.ꝟ.ſed ſi pueꝝ.ff.de ꝑſcrip.ꝟ. Vn̄ ꝓciū dictoꝝ aīalū ſi vendanṫ. dꝫ eſſe cōe. vt.d.l. ſi tibi arce mee: ⁊ ſilr̄ fructus ibidē per.l.ſi paſcēda.C.de pac. ⁊ ſilr̄ ꝑiculū dꝫ eſſe cōe ſicut ⁊ vtilitas.l.mutuꝰ.ff.pro ſocio. Aduerte tn̄ ꝙ hic ꝯctus magis aſſimulat ꝯctui ſocietatis q̄ꝫ locatōis. Iō pn̄t circa hoc intelligi q̄ dixi.s̄.in p̄io cāu: qn̄ danṫ inextimata vel extiata. Si vero melioramentū non ſeq̄tur. credo ꝙ integra ad dn̄m tradentēꝫ ſunt reſtituēda quaſi cā data ⁊ cā n̄ ſecuta.ff.de ꝯdi.cā data. ⁊ cā n̄ ſecuta ꝑ totū.

8 Quarto mō danṫ aīalia vt cooperiantur vel vt cooperiant. puta thaurus vel vaca ⁊ hꝰmōi. ⁊ ē ꝯctus innoiatus. ⁊ iō ad arbitriūꝫ boni viri reduceṫ. ne cum aliena iactura quis lucreṫ.l.nam hoc natura.ff.de condi.indebi.

9 Quinto mō danṫ aīalia aliqn̄ extiata taliṫ ꝙ comoduꝫ ⁊ icomodum ſit recipiētꝫ. ⁊ ſic reſultat ꝯctus emptōis ⁊ vēditōis. ar.l.extimate.ff.ſo.ma. Ideo ſi aliqd acciperet vltra ꝓcium rōne tꝑis eſſet vſura.c.ꝯſuluit. ⁊ .c.i ciuitate.de vſu. niſi emptor aīalium ꝑceptis fructibus morā traheret in ſoluēdo preciū qꝛ tunc ꝓ intereſſe poſſet petere ꝑtē fructuū l.curabit.C.de acti.emp. ⁊ ven. ⁊ lꝫ glo. ⁊ cōiter doctores in.c.cōqueſtus.de vſu.

10 Sexto mō ſunt data aīalia nec appāret an cā ſocietatis. vel q̄ūo moriētis principalibꝰ ⁊ tunc ſecūdū ꝙ ꝯſuetum ē talia dari ſic extimabitur.d.§.qui aſſidua: vel ſi de conſuetudine nō apparet ꝓſumetur ꝯctus inomiatus.l.2.ff.de preſcrip.v. ⁊ ſic cēſebitur ꝯctꝰ ſocietatis: ⁊ ꝑ oia fiet de fructibus ⁊ reliqs ſicut ius ſocietatis exigit: vel ſaltē fiet receptori aīalū debita ꝯpenſatio ſm̄ exigentiam ſūptuum ⁊ laboris ſui. ⁊ hoc actōe mādati ex quo ꝑ ipoſitōem dn̄i paſcēda ſuſcepit.l.i.ff.mādati: vel ſaltē actōe in factuꝫ ſiue preſcrip.v.d.l.2. Ex ꝓdictis igitur pꝫ q̄ūo ſocietas ſit licita vel illicita: ⁊ qd dicen̄ de ſimilibꝫ cāibꝰ cū ſimiliꝫ mōis poſſint cōcipi. vt i.d.l.nā.ff.d ꝑ.v. Et ꝑpea attēd ꝙ i ꝯcm ſocietatꝫ aliqn̄ iteruenit rō mutui iterpretati. puta qn̄ danṫ extiata aīalia vel exigitur ꝙ ſint ad periculū accipiētis ꝯ naturā ſocietatis: ⁊ tunc ſi grauaṫ i aliquo accipiēs ꝑꝑ hoc erit vſura. Silr̄ aliqn̄ cū ſocietate ꝯcurrit ꝯctus locatōis ⁊ ꝑꝑea eqtas attēdatur. ⁊ qō ꝯuenit nature talis ꝯctus: vt ſic ſcias diſcernere qn̄ ē iniuſticia vel iniqtas.

# Sodomia

ē turpitudo i maſculū facta.32.q.7.vſus: ⁊ ē grauius pcc̄m adulterio. vt in.d.c.vſus. ⁊ grauiꝰ q̄ꝫ cū matre. ibidē.c.adulterij. Vn̄ clericus dꝫ dponi ⁊ i mōaſterio detrudi ad agēdā pn̄iaꝫ. Laicus excōicari ⁊ penitus reddi alienꝰ a cōione fideliū.c.clerici.de exceſ.ꝓla. ſꝫ leges dꝫ igne cremari. in aut. vt nō lux.ꝯ nām. vnde ibi dr̄ ꝙ ꝑꝑ ipſos actꝰ ſodomitaꝝ fames ⁊ terremotus ⁊ peſtilētie ſiūt: ⁊ ciuitates cuꝫ hoibus pariter pereunt.

# Solicitudo

vtꝝ ſit pc̄ꝫ. R. ꝙ ſi loqmur d ſolicitudie tꝑalīuꝫ ſic triplex ē. Vna ē anxietatis ⁊ auaricie: ⁊ hec ē pcc̄m ſēp. Mortale vō pcm̄ ē ex fine: puta qꝛ ꝯſtituitur finis i ipſis q̄rēdis parati omia facere ꝑꝑ ipā hn̄da. Vn̄ Aug. i li.de opibꝰ mōachoꝝ. cū dicit dn̄s. nolite ſoliciti eē ⁊c. hoc dicit vt n̄ iſta timeamur. ⁊ ꝑꝑ iſta faciamus qcqd i euāgelij ꝓdicatōe fieri iubetur. Alio mō ē mortale pcc̄m ex mō: qn̄ ſi i hꝰmōi anxiaṫ ꝙ dimittit neceſſaria ad ſalutē ⁊ ſuffocat mētēꝫ in talibus: ⁊ de hac loqtur Greg. 49.di.c.hic ei.i vbo Gibbꝰ. Alia ſolicitudo dr̄ dubietatis ⁊ diffidentie: cuꝫ hō timet ne tꝑalia ſibi deficiant: ⁊ iđo anxiaṫ ꝓ ipſis: nō tn̄ aliqd faceret ꝯ dei ꝓcepta vel omitteret: ⁊ iſta ē pcc̄ꝫ veniale. Tertia neceſſitatis ⁊ ꝓuidentie: ⁊ hec non ē pcc̄m. imo bona ⁊ laudabilis. Vn̄ glo. Math.6. Nō labor ⁊ ꝓuidentia dānaṫ. ſꝫ ſolicitudo mētem ſuffocans: ⁊ de hac tertia loqṫ.c.diuie 87.di. Solicitudo vō ſpūaliū ꝑ ſe ē bona ⁊ ad hāc xp̄s iducit nos. Math.6. Primū q̄rite regnū dei ⁊c̄. Poſſet eſſe pcc̄m ꝑ accidēs qn̄ hō tm̄ itēderet ſpūalibus ꝙ omitteret ꝓuiſionē hūanā dbitā: qꝛ eēt tēptaṫ deū ꝯ illō Math.4. Nō tēptabis dn̄ꝫ deū tuū.

# Solutio

ē eius qō debeṫ redditio. Inſti. qui.mo.tolli.obli.in principio. Sed large ſolutio ē ab obligatōe liberatio quocunqꝫ modo.ff.de ſolu.l.ſolutōis. Nā qualitercūqꝫ ſatiſfactū ſit creditori ad voluntatē ſuā ꝓ ſoluto hēṫ. lꝫ ſolutū n̄ ſit.ff.de pigno.ac.l.ſi rem alienā.§.ois.h nō. Gof. ⁊ Hoſti.in ſum.eo.ti.§.i.

1 Quot ſunt ſpēs ſolutōis. R. due. Vna nāṫ ſiue vā que ē ꝑ redditōem eius qō debeṫ. Alia ciuilis ſiue imaginaria: ⁊ hec fit multis modis. ſ. ꝑ nouatōem que ē: quando extinguitur prior obligatio. ⁊ i aliā obligatōnem ciuilē vel naturalē trāſferṫ.ff.d noua.l.i. Aut ꝑ delegatōēꝫ q̄ ē qn̄ aliū reū vice ſua creditori l' cui ipſe iuſſit dat.ff.d accepti.l.i. Aut ꝑ oblatōēꝫ factā tp̄e ⁊ loco ꝯgruo.C.d ſo.l.obſignatōe.ff.eo.l.ſi ſoluturꝰ. ⁊ .l. q de cē i ꝑn.ff.de pigno.l.creditor. Nō tn̄ ꝓdeſt oblatio ſi n̄ ꝯſigneṫ.C.d vſu.l.2. ⁊ .l.acceptā. Itē dꝫ ꝙ fiat cui debeṫ.l' eo abſēte iudici. ⁊ ſi iudex deficiat honeſtē ꝑſonis.C.de vſu.l.ſi creditrici d offō.or.c.paſtoralī ſi. Itē ꝙ res depoſita duret: qꝛ ſi i vſus ſuos ꝯvtat n̄ ē tutus offerēs.l.debitor.ff.de vſu. ⁊ ſi ſic depoſita res amittaṫ nihilominꝰ debitor ē liberatus.ff.de arbi.l.arbiṫ.la.2.ff.depoſiti.l.i.§.ſi pecūia i ſacculo. Et hoc veꝝ i obligatōe q̄titatis: qꝛ ſi obligatio eēt in ſpē: ſola oblatio ſufficeret.ff.eo.l.hominem.§.i.

2 Vtrū ſolutio debiti i q̄ntitate exiſtētis ſit facienda ſꝫ pecunie valorē currētē tp̄e ſolutōis l' ſm̄ ꝙ valebat tp̄e ꝯctus. R. ꝙ i quacūqꝫ diſpoſitōe ꝯctuū ſit dbitū. ſolutio ſp dꝫ fieri ſꝫ monetā q̄ currebat tp̄e ꝯctus debiti: ⁊ ſi nō reꝑit. qꝛ ē reprobata l' diminuta i pōdeṫ puta: qꝛ tōſa l' ꝑ lōgū vſū effecta groſſa: qꝛ argētū i ſupficie corruit ex lōgo vſu: l' alio mō ꝑpetuo ē alterata: tūc dꝫ ſolui ipſius extiatō ſm̄ ꝙ cōiter tenetur ꝑ legiſtas ⁊ cāoniſtas i.l. paulus aliqñ accipit creditorē.ff.de ſolu. ⁊ i.l.in minoꝝ.C.i qbus cāis i iṫe.re.n̄ ē neceſſaria ⁊ ꝑ canoniſtas i.c.q̄to de iuſ.iur. ⁊ i.c.oliꝫ de cēſi. Et lꝫ Bar.i.d.l. Paulus limiteṫ iſtō veꝝ: qn̄ tal' diminutio ꝯtingit i moneta groſſa ⁊ n̄ i minuta. tn̄ dn̄s Antoniꝰ i.d.c.q̄to. ⁊ ſeqtur Pa. ibidē lꝫ ita hēre locū in moneta ꝑua ſicē i magna: qn̄ deterioratio directe ꝯtingit ipſam pecuniā. puta qꝛ duo antiqua nō valent niſi vnum de nouis. voluit etiaꝫ Cy. ⁊ Pe.in.d.l.in minorum. ⁊ Hoſti. in.d.c. q̄to ꝙ quando ſolum pecunia eſt reprobata non deteriorata ꝙ de ea poteſt fieri ſolutio ex quo currebat tempore cōtractus. Sꝫ Specu.eo.ti. ⁊ ibi Iohan.an. ⁊ Pa. in.d. c.q̄to tenēt ꝙ non poteſt: quia magis moneta conſideratur ratione curſus q̄ꝫ reſpectu materie. ⁊ videtur tex.in.d.c.olim. Facit etiam.c.eiciens.88.di. Si vero alteratio nō eſſet perpetua ſed ad tempus vt contingit ꝙ florenus hodie magis valeat q̄ꝫ cras: ita ꝙ creſcit vel decreſcit ſecundum tempora cōmuniter tenetur talem variationem non debere attendi. argu.l.precia.ff.ad.l.falci. ſicut enī creditor vellet ſibi ſolueretur ſi plus valeret. ita dꝫ recipere ſi minus valet cū ſperetur augumentū: ſic voluit Bar.i.d.l. Paulus. ⁊ alij in.d.l.i minorum. Quod mihi videtur equū niſi qn̄ non eſſet ſpes ꝙ de ꝓximo

dcret hēre augmētū: qꝛ ſic vꝫ. ꝙ debeat ſolui
ſm extiationē tꝑis ↄctus. qꝛ poſſꝫ eē ꝙ nūꝗ̄
ꝗꝫ creſcēt. ar. i. l. iuriſpitos. i pri. ff. ꝺ excuſa.
tuto. ⁊ qꝺ nō. glo. i Cle. 2. ꝺ pbē. Jaco. ꝺ are.
⁊ Bar. i. d. l. Paulꝰ. ⁊ Hoſtien. i. d. c. ꝗꝫto
tenēt ꝙ ſi ē alťata reſpectu curſus nō reſpe
ctu mē ⁊ ꝑpemo puta. qꝛ priceps nō uſt ex
pēdaꝛ niſi ꝓ tāto. ut forte recolligat ⁊ cudi
faciat: ꝙ nihilominꝰ de ea pōt fieri ſolutio
ſi debitoꝛ nō fuit i mora. Sed Oldra. ⁊ Fe
de. in. d. l. i mioꝝ. ⁊ do. Anto. i. d. c. ꝗꝫto. te-
nēt ꝙ dꝫ ſolui ad extiationē antiꝗ̄ currentꝭ
tꝑe ↄctus. qꝛ eadē rō ꝗ̄ ē de toto ⁊ de pte.
ar. l. ꝗ̄ de tota. ff. de rei uēdi. ⁊. c. paſtoralꝭ. §
Jtē cū. totiꝫ. de offō dele. ⁊ uꝫ ꝓbari i. d. c.
oli. ⁊ uꝫ magis equū. Et ſic ↄclude ꝙ ſiue
ſit reprobata i totū: ſiue alterata i pte reſpec
tu curſus: lꝫ n̄ reſpectu mē ſiue deteriorata
reſpectu mē ꝙ nō pōt fieri de ea ſolutio: ſꝫ
dꝫ ſolui extiatio. ſm tꝑs ↄctus. ⁊ hoc ſiue
ſolutio ſit fiēda rōe ↄctus ſiue ex cōdēnatō
ne iudicis. De cōdēnatōe aūꝗ̄ ſit rōe ſtatu
ti. Spec. tꝫ ꝙ dꝫ ſolui de mōeta currēte. Sꝫ
Pa. i. d. c. ꝗꝫto. uꝫ tenere ꝙ ꝺ mōeta currē
te tꝑe facti ſtatuti. Ego teneo cū Spe. qꝛ in
penisꝰ minoꝛ ſit iterꝑtatio. c. odia. de re. iu.
li. 6. De ſolutione uero que dꝫ fieri ex mā-
dato principis ꝉ alicuiꝰ dñi ſeu ex eius gr̄a
dicit dñs Anto. i. d. c. ꝗꝫto. ꝙ ſi dñs ignora-
bat ualorē mōete ſic fiet ſꝫ curſū currentꝭ. ſꝫ
gl. ⁊ Landu. i Cle. 2. ꝺ dci. Si nō ſciebat eiꝰ
ualorē ſic fiet eius ſolutio ſm extiationem
tꝑis ꝓꝑius mādati ſeu gr̄e facte. ar. d. c. oli
⁊. l. fi. ff. de auro. ⁊ ar. le. Si vero ſolutio ē
reſpectu legati ſic fiet ſm extiationē tꝑis te
ſti ↄdit: lꝫ teſtatoꝛ poſtea multū ſuperuixerit
ītātū ꝙ ſit mutata. ita ↄſuluit Oldra. ⁊ facit
tex. i. l. vxorē. §. teſtō. ff. de le. 3. ⁊. d. l. fi. ⁊ ſe
quiꝛ do. Pe. de ancha. i. d. c. oli. ⁊ Jo. an.
i addi. ad ſpe. eo. ti. ⁊ Pa. i. d. c. ꝗꝫtoꝰ. Jdē
dicit Oldra. i ꝑcepto arbitroꝝ ⁊ hec nō.
qꝛ ſepe i pratica. Limita tn̄ ꝑdicta i debito
ↄcto ex mutuo ſm diſtictionē quā pōam in
fra Uſura. 1. §. 36.

3 Quis teneꝛ ſoluē. ℞. ꝙ ille ꝗ ē obligatus
ſiue ſit pricipaꝭ debitoꝛ ſiue fideiuſſoꝛ.

4 Utrū ꝗlibꝫ poſſit ꝓ alio ſoluē. ℞. ꝙ ſic ēt
ſi debitoꝛ hoc ignorat ⁊ nō velit. ff. eo. l. ſol
uere. ff. de nego. ge. l. ſoluēdo. ⁊ teneꝛ talis
ſatiſfacere ꝑſato ſoluēn ꝓ eo ſi modo ſua i-
ſerat vt ſolueret. l. cū pecūiā. ff. ꝺ nego. ge.

5 Utrū tutoꝛ ⁊ curatoꝛ ꝉ alius admīſtratōez
hñs teneaꝛ ſoluē debitū illiꝰ cuiꝰ curā gerit
℞. ꝙ ſic. l. ꝗ̄nēs. §. ſiē aūt. ff. de admi. tu.

6 Utrū hēs teneaꝛ ſoluē debita defuncti. ℞.
ꝙ ſic i totū. Sꝫ i ↄſcia ꝗꝫtū ſe extēdit facul-
tas hēditatꝭ. vt. ſ. Hēs. §. 6. Secꝰ ſi eēt lega
tariꝰ. qꝛ tūc nō teneꝛ niſi ꝗ̄n hēditas ē non
ſoluēdo. qꝛ tunc es alienū precedit legata.
vi. ſ. Reſtitutio. 2. §. 17.

Utꝝ ſucceſſoꝛ ꝑlatus teneaꝛ ſoluē ꝑdeceſ 7
ſoris ſui debita. ℞. ꝙ ſic: ſi pro neceſſitate
ſue ꝑſone: ꝉ neceſſitate ſeu vtilitate eccl̄ie ſit
facta. ex̄. eo. c. 1. Alias nō teneꝛ eccl̄ia nec ſuc
ceſſoꝛ eiꝰ. 10. q. 2. c. hoc ius ⁊ de fideiuſ. c. qꝺ
quibuſdā. Jdē credo de ſucceſſore in dñio
tꝑali laicali.

Cui debet fieri ſolutio. ℞. ꝙ creditori vꝉ 8
eius ſucceſſori cui cōpetit actio obligatōis
ſi tn̄ ſit ↄpos mētꝭ: ⁊ maioꝛ. 25. ānis: ꝉ alteri
de mādato ipius: ēt ſi creditoꝛ ſit accuſatꝰ
ad mortē. ff. eo. l. reo. ⁊. C. eo. l. nihil iīterest
pꝫ ēt fieri eius ſocio ſi vtriqꝫ eoꝝ ē obligatꝰ
iſolidū. ff. de pactꝭ. l. ſi vnus i prin. ⁊. ff. de
duo. re. conſti. l. 2. ⁊. 3. ⁊ nō. i. c. ea te. de iur.
iurā. Aut ēt ꝓcuratori eius ꝗꝫnis ſit reuoca
tus ⁊ ignoreꝛ reuocatio. l. eiꝰ i pri. ff. ſi cer.
pe. Aduerte tn̄ hic: qꝛ ſi ꝗs ſoluēt filioſami
lias ſine ↄſenſu pr̄is: ꝉ minori ſine ↄſēſu tu-
toris ꝉ curatoris nō ſatiſfaceret. l. 1. ⁊ ꝑ totū
ff. ad mace. ⁊. l. pupillus. ff. de act. ⁊ oblig.
Niſi ſolutū ſit ↄuerſū i vtilitatē pr̄is ꝉ mio-
ris. l. 1. ⁊. 2. C. ſi aduerſus credi. ⁊. l. ꝙ ſi for
te. §. fi. ⁊. l. i pupillo. ff. de ſolu.

Debitoꝛ nō hñs pecuniā ad ſoluēn pōt 9
offerre rē meliorē ⁊ teneꝛ creditoꝛ accipe.
aūt. hoc niſi. C. de ſo. Eccl̄ia nō n̄ teneꝛ of-
ferre meliorē: ſed aliā. ut aūt. hoc ius C. de
ſa. ſanc. ec.

Quis ē ꝑponēdꝰ i ſolutōe. vide Reſtitu- 10
tio. 2. §. 16.

Utrū poſſit ꝗs repetere pecuniā hitā ex 11
vēditōe rei ſue i ſubſidiū. ℞. Ludo. i nō. ꝙ
ſic: vt ē caſus i. l. inciuile. C. de rei vēdi. ⁊. l.
ſi eū ſuum. ff. ſi cer. pe. ⁊. l. fi. ff. de nego. ge.
Sic ⁊ eꝫ pōt agē ad rē ēptā ex ſua pecunia
i ſubſidiū: lꝫ nō ſit mihi obligata. Et ꝙ poſ
ſit agere ē glo. in. l. penl̄us. ff. de iur. do. ⁊
cāus in. l. vxoꝛ marito. ff. de dona. iter vi. ⁊
vxo. Jtē ꝑponiꝛ ille qui pecuniā dedit ne-
gociatori faciēti diuerſa negocia ꝉ ea nego-
ciatiōe alijs qui eidē dederūt i alijs negocia
tiōibus. tex. ē i. l. ꝓcuratoris. §. ſi plures. ff.
de tribu. ſm Jo. plagienſem. ⁊ Ludo. de
roma in nō.

Utꝝ excōicatō ſit faciēda. ℞. ſi ſit tꝫ: tn̄ nō 12
dꝫ fieri ēt ſi ex iuramēto tenebaꝛ. vt ſ. Excōi
catio. 8. §. 12.

Utꝝ liceat ſoluē creditori creditoris mei 13
℞. Bar. i. l. ſoluti. §. ſolutā. ff. ꝺ pigno. act.
diſtīguit ꝙ ſi creditoꝛ creditoris mei hꝫ bo
na obligata puta: qꝛ ↄduxi domū ab eo qui
eā ab alio ↄduxerat: ſic liberoꝛ ipo iure etiā
creditori meo iuito. l. vtrū pñte. ff. de ↄſtitu.
pe. cū poſſēt ab eo cōpelli. l. noīa. C. ꝗ res.
pi. obli. po. Silr̄ ꝗ̄n talꝭ factus ē creditoꝛ ꝑꝑ
me. puta: qꝛ creditoꝛ meꝰ gerendo negocia
mea accepit mutuo ab eo. vt i. l. ſi liber hō.
ff. de neg. ge. Si vo cā ſit oio ſepata a mea
ſi ſit eo volēte idubie liberoꝛ. l. iuito. ff. de
ſo. ⁊. l. penultia. ⁊ fi. ff. de nego. ge. Aut eo
ignorāte ⁊ ↄtigit liberatio ope exceptiōis
l. ſi ꝑa. ff. de doli. excep. glo. tn̄ tꝫ idiſtincte
ꝙ liberaꝛ. Jnſti. ꝗ. mo. tol. obli. i pri. ⁊. d. l.
penul. Sed tu tene cū Bar. quo ad forū cō
tētioſuꝫ: ꝗ̄ ad ↄſciaꝫ tene glo. qꝛ creditoꝛ li-
beraꝛ ex tali ſolutione ēt ſi erat inuitus. d. l.
ſoluendo. ⁊ ideo ſatiſfactum eſt ei.

14 Utrū recipiēs ſciēt ſolutionē alteri debi
tā cōmitat furtū. ℞. glo. i. c. ea te. de iuriur. ꝙ
ſic niſi creditoꝛ ratū hūerit all. l. falſus. §. 1.
ff. de fur. Nō veꝝ ē ſꝫ Pa. ibidē: ſi ſiñ iuſta
cā recipit. Secꝰ ſi ex iuſta cā puta. qꝛ crede
bat ad eū ꝑtinere: vel qꝛ erat geſtoꝛ negotio
rum creditoris.

15 Quō dꝫ fieri ſolutio. ℞. ꝙ dꝫ fieri de illo
qꝺ ē i obligatōe. qꝛ vnū ꝓ alio ſolui nō pōt
creditore nō cōſētiēte. Jnſti. ꝗ. mo. tol. ob. §
1. Fallit hoc in eccleſia debitrice. d. aūt. hoc
ius. Jtē i eo ꝗ dꝫ aurū i cuius ſba auꝝ nō in
ueniꝛ. C. de ſolu. aūt. hoc niſi debitoꝛ. ⁊. ff.
de le. 1. l. ſi domus. §. ꝗ ↄſtiteꝛ. Jtē i eo ꝗ dꝫ
ſuū cuius uult ſoluere ꝑciū qꝛ dicit eū ſuū
cognatū. Jtē i noxali actōe. ff. de re iudi. l.
nulics. §. 1. ⁊. 2. Jtē de pecūia. vide Pecūia
§. 2. Sed ꝗ̄n nō hꝫ qꝺ dꝫ ſoluere. ⁊ ſi diſtra
hēda bona ſua ꝓ ſolutōe: tūc prio icipiēdū
ē a mobilibus: ⁊ ſi non ſufficiūt ad imobi-
lia. ⁊ poſtea ad iura. Et ſi nō ueniūt ēpto-
rem detur in ſolutum creditori. vide in. l. a
diuo pio. ff. de re iudi.

16 Quid de eo ꝗ teneꝛ ſub alternatōe. ℞. ꝙ
regulare ē ꝙ i alternatiuis electio eſt ꝺbito
ris. vt i. l. plerūqꝫ. in fi. ff. de iur. do. cū ↄcor.
poſitis in glo.

17 Utꝝ ꝺbitō teneaꝛ ire ꝉ mittere ad domuꝫ
creditoris. ℞. vt ſ. Obligatio. §. 8.

18 Quid ſi creditoꝛ eēt i mora ⁊ uellet pur
gare. ℞. tenebiꝛ ire ad eius domū. l. cuꝫ ꝗd
C. de cōdi. inſer.

19 Quid ſi obligatio ſit ſolū ad hoc ſi volo
acgrere. ℞. ꝙ teneoꝛ adire domū creditōis
⁊ ſoluere ēt ſine mōitōe ſm Bar. i. l. iīē illa
ff. de cōſti. pecunia. ſiue comodū ſit ꝑſonale
qꝛ relinꝗꝛ libertas ſuo ſi ſoluit decē: ⁊ hu-
iuſmodi: ſiue ſit comodū burſale. puta: ali-
cui leganꝛ iocalia ſi ſoluerit ueſtē. d. l. cū ꝗ
d. i. Aduerte tn̄ qꝛ i cāibus iſtis vbi ꝗs tene
tur ad domū creditoris ire ſufficit querere
eū apud vicinos ⁊ notos ⁊ i locis i quibus
ē ſolitꝰ cōuerſari: nō ꝑ loca clandeſtina. ar. 2
q. 6. c. biduū. ⁊ voluit Bar. i. l. ꝑdcā. iīē illa
⁊ Pa. ſeqꝛ i. c. ſignificāte. de pigno.

Utrū mittēs debitū ꝑ nuntiū ifideliter ſe 20
hñtē excuſeꝛ. ℞. Pa. i. d. c. ſignificāte. Aut
ſpēs erat debita ⁊ ipa remittebaꝛ ꝑ nuntiū
ꝗ putabaꝛ fidelis ⁊ ſic periculum ꝑtinet ad
creditorē. Rō: qꝛ cāus fortuitus nō iputaꝛ
ex quo culpa non ꝑceſſit. c. vnico de comó.
Aut erat ꝗꝫtitas debita ꝗ̄ mittebatur ⁊ ſic
pit ꝑiculo debitoris. Rō: qꝛ eo ipo ꝙ pecu
niā mihi mutuaſti meaꝫ feciſti. l. 2. ff. ſi cer.
pe. ⁊ iō pit mihi anteꝗꝫ veniat ad manꝰ cre
ditoris ſi pit: qꝛ adhuc ſū. do. nō. Bar. i. l.
eū qui. ff. como. ſed penam ſi erat apposita
non incurrit.

Quid de eo ꝗ ſoluit idebitū an poſſit re 21
petere. ℞. Pa. i. c. fi. de ſolu. diſtīguit ꝙ aut
ē idebitū ciuilr̄ ſed nālr̄ debitū. ⁊ ſic glo. i
d. c. fi. diſtiuguit. ꝙ ſi ſoluit ꝑ errorē iuris n̄
pꝫ repetē: ſi aūt ꝑ errorē facti potēit. vt puta
heres ſoluit legata itegra credēs nō poſſe
retinere falcidiā: errat i iure: nā nālr̄ erat
debitum ſed nō ciuiliter ⁊ nō repetet. Si āt
ſciebat ſibi ↄpetere falcidiā ſed credidit in
telligē ꝓbabilr̄. vt in. c. aplice. de cle. exco.
mi. ⁊ in. c. 2. de ↄſti. li. 6. ſ. hereditatē ſuffice
re: cū tn̄ nō ſufficeret: hic errat in facto ⁊ re
petet. l. erroꝛ facti. C. ad. l. falci. cōiꝛ tn̄ teneꝛ
ꝙ Minoꝛ. Mulier. Miles ⁊ hꝰmōi cū
excuſēꝛ ab errore iuris repetēt: ſi ēt ex erro
re iuris ſoluerūt. vt in. l. cū de idebito. §. 1.
ff. de proba. Sed quo ad hāc excuſatonē
quidā ↄrium tenent. ſed ꝑmū verius. Si
militer magis repetet in ↄſcia ſi ē idebitum
nālr̄: lꝫ ciuiliter ſit debitū: multo magis
ſi eſt idebitum nālr̄ ⁊ ciuiliter tā in ↄſcia
ꝗꝫ in foro ↄtētioſo quacūqꝫ ignorātia ſolue
ris: niſi i aliquibus cāibus de ꝗbus i glo. l.
cū ꝗs. C. de iure. ⁊ facti. igno. ⁊ ibi Bar. cō
cordat quos dimitto qꝛ ad ↄſciam non ꝑti-
nent. Secus ꝗ̄n ſoluit ſcienꝛ qꝛ tūc videtur
donaſſe. l. cuiꝰ ꝑ errorē. ff. de re. iur. exceptꝭ
ſoluens pro vſuris que repeti poſſunt. c. de-
bitores de iure iur.

Quid de illo ꝗ ↄueniꝛ a creditore ⁊ non 22
hꝫ vnde ſoluat. ℞. ꝙ ſi debitoꝛ ē ex maleſi-
cio ſic pōt verberari. 14. q. 6. ſi res. ⁊ ſic nō
pōt amplius ↄueniri. d. c. ſi res qꝺ itellige
ꝗ̄n creditoꝛ ſic exegit vt verbereꝛ ꝓ debito

alias bene tēur ad intereſſe ſi verberetur.ꝑ.
maleficio.ar.12.q.2.ſ̄nitaſ.Si vͦo ē debitoꝛ
ex cōtractu vel quaſi tunc cedat bonis.

23 Quō fit ceſſio bonoꝝ.℞.fit in iudicio vel
ex̄ iudiciū ꝑ nunciuʒ vel epl̄am.ff.q.bo.ce.
poſſunt.l.ſ oi.Dic vt.s̄.Cedere bōis.Et ad
qd valet.ibidē.Aduerte ꝙ vt valeat oʒ cōfi
teatur debitū.l.pe.ff.de ceſ.bo.

24 Sed nūquid cū debitoꝛ petit dilatōnem
qnquēnij a pluribus ſuis creditoꝛibus ⁊ ali
qui dare nolūt ei dabitur.℞.ꝙ ſic ſi maioꝛ
ps ꝯſentit: ⁊ intelligiꝭ maioꝛ reſpectu ſūme
debitoꝛū ⁊ nō pſōaꝝ.Et ſi oia ſunt equalia
ſiēꝝ valebit dilatō data.l.vlt.C.q bo.ce.po.

25 Qn̄ oʒ fieri ſolutio.℞.ſm Jo.de ꝯſe.di.
.i.ſolēt.ꝙ aut dies eſt adiectus fauoꝛe debi
toꝛis ⁊ pōt ꝓueniri.Aut fauoꝛe creditoꝛis ⁊
ſic nō pōt ꝓueniri.l.cū qui.ff.de annuis le.
Similiter nō pōt qs repetere ante tp̄s debi
tū.c.vnico.de plus pe.niſi i tribus caſibus.
Primus i tuto vergēte ad inopiā.Secūd⁹
in debitoꝛe fugiēte.l.ait ꝑtoꝛ.§.debitoꝛē.ff.
de his que infra.cre.Tertius i debitoꝛe ſuſ
pecto qui pōt cogi dare cautōnē.l.ſi fideiuſ
ſoꝛ.§.fi.ff.q ſatiſda.co.Limita niſi fuiſſʒ ſuſ
pectus tp̄e ꝯtractus qꝛ nō cogereꝭ.Aut dies
nō ē adiectus ⁊ dic.vt.s̄.Moꝛa.§.i.⁊ Obli
gatio.§.8.

26 Quō ꝓbatur ſolutio.℞.ꝙ ſi debitum ſit
ſcriptū ⁊ debitoꝛ velit ꝓbare ꝑ teſtes ⁊ ſine
ſcriptura ſolutionē oʒ ꝙ pꝛobet ꝑ.5.teſtes
rogatos q teſtificari pn̄t pꝛo ſolutōe facta:ꝟ
quā voluit facere.⁊ ē ꝑ confeſſione credito
ris.Si vero debitū ſit canzelatū liberaꝭ de
bitoꝛ:niſi creditoꝛ ꝓbet ꝯtrariū.l.ſi cirogra
phum.ff.de pꝛoba.

## Sors

Sors ꝓpꝛie dꝭ cū aliqd ſit.
vt eius euentu ꝯſidera
to aliqd occultū inoteſcat.vt puta:
cū accipiunꝭ feſtuce ieq̄nales ⁊ q hēbit bꝛe
uioꝛē ſit talis vel faciat ſic ⁊ huiuſmodi.

1 Quotuplex ē ſoꝛs.℞.triplex.Pꝛia dꝭ diui
ſoꝛia cū q̄ritur qd cuiꝫ ſit dandū:ſiue illud
ſit res.ſiue honoꝛ:ſiue pēa:aut actio aliqua
Secūda dꝭ conſultoꝛia:cū inq̄riꝭ qd ſit agē
dū.⁊ h̄ ſm ſe nō ē mala ſed rōne circūſtātie
pōt aliqd mali in ſe ꝯtinere.vn̄ ꝓhibetur ne
ſub hac ſpē hoīes in ydolatriā labātur.26.
.q.2.§.his ita.⁊ iō ē peccatū moꝛtale vti ea:
niſi in neceſſitate vt infra dicā.Tertia ē diui
natoꝛia que ſic diffiniꝭ.Soꝛs ē ars diuinādi
futura a ſanctis pr̄ibus dāṅata ſub anathe
mate.26.q.5.ſoꝛtes:qꝛ diuinatio ſemꝑ acci
pitur in malum:ſicut ꝓphia in bonā partē
.i.q.i.nunq̄ꝫ.

Utrū ſit licitū vti ſoꝛte i aliquo caſu.℞.ſʒ
glo.i ſūma.26.q.2.ꝙ ſoꝛte diuiſoꝛia qn̄ ex
pectaꝭ euētus ex foꝛtuna ſolū ⁊ non ſit aliq̄
ſuperſticio ⁊ in rebus tp̄alibus ſoluʒ ſic lʒ.
Soꝛtes vͦo q̄ fiunt ꝑ magicas incantatōes:
vel q̄ fiunt ad exercēdas vanitates aliquas:
vel ad iq̄rēdū occulta vel futura q̄ dicunꝭ
diuinatoꝛie ſunt ꝓhibite:nec vnq̄ꝫ licēt.26.
.q.2.hij q.⁊.c.illud.Soꝛte vero ꝯſultoꝛia q̄
ſit cā neceſſitatis ad ſciendū qd fiendūʒ qn̄
aliter neq̄ꝫ ſcripture auctoꝛitate:vel alio au
xilio pōt ſciri nō eſt illicitū vti.d.q.2.c.non
exēplo.⁊.q.5.nō lʒ.Nā cū nō ſupeſt huma
nū auxiliū:tūc ad diuinū poſſumus recurre
re.vt.22.q.2.q̄ritur.vt puta.Ciuitaſ ē obſeſſa
dubitat clerus qs debeat fugeꝭ vel qs rema
nere:tunc oꝛōne ꝓmiſſa ſm Aug.ſoꝛte erit
dirimēdū.Facit.l.ſed cū ambo.ff de iudi.⁊
l.ſi duobus.in pꝛincipio.C.cōia de le.Et ſʒ
hanc neceſſitatē intelligo.d.c.ſoꝛtes.vbi dꝭ
ꝙ nō ē aliqd mali.qd̄ limita ſʒ Pa.in.c.fi.
de ſoꝛtile.veꝝ ꝙ ea lʒ vti in tali neceſſitate ſi
quatuoꝛ ꝯcurrant.Pꝛimo i rebus tp̄alib⁹.
ſed in ſpūalibus:vt in electōe ſeu eius tracta
tu aut in electione cōpꝛomiſſarioꝛū q̄ꝫtū ad
officia eccleſiaſtica ē in oi caſu ꝓhibita.Nō
ſi fiat ſine oi ſuperſtitōe.Tertio qn̄ euētus
ſoꝛtiū expectaꝭ a deo:qꝛ ſi a diabolo erit il
licitū.Quarto qn̄ ſit cū magna delibeꝛatōe
ꝓmiſſa oꝛōne:ſicut apl̄i act.i.i electōe Ma
thie petēdo a deo eius voluntatē i hoc.Ali
ter aliquo iſtoꝝ deficiente erit illicita Lau.
ſm̄ Archi.⁊ Ho.tenēt indiſtincte:ꝙ ois ſoꝛs
ꝓpꝛie accepta ē ꝓhibita ꝑꝑ.d.c.ſoꝛtes.Sʒ
tu dic veꝝ in ſoꝛte diuinatoꝛia ⁊ conſultoꝛia
ex̄ ꝓdictū caſū neceſſitatis:ſecus i diuiſoꝛia.

Quot modis ſit ſoꝛtilegiū ſiue idiuinatio 3
℞.ꝙ tribus modis.Pꝛimo per manifeſtā
inuocatōem demonū:⁊ hoc ſiue noīetur ni
gromācia.vel aremācia.aut quibuſcūq̄ꝫ no
minibus ſm ꝙ ſit diuerſimode ſemꝑ ē pec
catū moꝛtale grauiſſimū.⁊ teneꝭ nedū deſi
ſtere ab ea ſed ēt libꝛos cōburere.aliter ab
ſolui nō pōt.Et q tales diuinatōes addiſcūt
moꝛtaliter peccat:ſeu ēt artē magicaʒ:qꝛ ſʒ
Ricar.in.2.di.7.ar.2.q.4.non eſt ſcia ſʒ ſup
ſticio ⁊ in fine tales a diabolo decipiuntur
⁊ male terminant.⁊ de hac hēs.26.q.4.c.
igitur ⁊ eoꝝ nōibus ⁊ quō demones ſciūt
futura ⁊ tales decipiūt hēs ibidē in.c.ſciē
dū.⁊.c.ſe.⁊ ꝓpterea de nomine n̄ curo ex
quo pʒ de inuocatione demonuʒ.Aduerte
tn̄ ꝙ aliud ē inuocare demonē:qd̄ non licʒ:
aliud occurrenti aliqd ꝓcipere:ſicut faciūt
ſancti cogentes eos aliqd dicere:qn̄ i coꝛpo
ribus obſeſſis ſunt:qd̄ lʒ:q̄ꝫuis periculoſuʒ
ſit:niſi ex iſtinctu ſpūs ſancti fiat de quo dic
vt.s̄.Adiuratio.Secundo fiunt ſoꝛtes ſiue
diuinationes ſine manifeſta inuocatione de
monū ſed ex ſola inſpectōe aliquoꝝ coꝛpo
rū ſicut faciunt aſtrologi.⁊ illi q ex inſpectō
ne lineamentoꝝ manus vel oculoꝝ:aut coꝛ
poꝛis hoīs vel aīalis:aut ex coꝛuū garritu
vel volatu:ſiue ex eoꝝ obuiatōe futura occꝰ
ta ꝓnoſticantur.Et vt ſcias qn̄ talis diuina
tio ſit ꝓhibita aduerte vt colligo ex ſanctis
Bo.i.2.di.7.ar.1.q.3.2.partis.⁊ Tho.2.2.q.
95.ar.5.Pꝛio ſi tale futurū ſit in re conſide
rata.ſicut in cā ꝓpꝛia ⁊ per ſe.⁊ ſic non eſt
ꝓhibita.vn̄ aſtrologi poſſunt diuinare ex ꝯ
ſideratione aſtroꝝ ꝙ cras fiet eclipſis ſol.
vel lune.vel pluuia vel venti.vel frigus aut
caloꝛ ⁊ huiuſmodi:⁊ ſic talis diuinatio nō
eſt ꝓhibita.Si vero tale futurū non ē in tali
re niſi diſpoſitiue.puta bona habitudo coꝛ
poꝛis indicat bonā qualitatē mentis.⁊ ecō
trario mala ⁊ huiuſmodi:ſic ſimiliter lʒ di
uinare.ſ.ꝙ talis erit inclinatus ad tale viciū
vꝰ habilis ad tale ſtudiū:dūmodo libertas
liberi arbitrij nō excludaꝭ:q̄ donari poteſt ⁊
aſtris.⁊ ꝯ quācunq̄ꝫ diſpoſitōem ſeu inclia
tionē coꝛpoꝛis.Si ēt itēo iſtū ſenſitiue ſic ē i
aīalibus irrationabilib⁹:q̄ qꝛ a rōne nō ipe
diuntur facilius ſentiūt mutatōem coꝛpoꝝ
celeſtiū ꝑꝑ quā faciunt aliqua ſigna:ſic diui
nare ꝙ pluet vel tp̄s mutabiꝭ.vel ingebit fri
gus non ē ꝓhibitū.qn̄ ad aliud nō extendū
tur talia ſigna niſi ad influentias coꝛpoꝝ
celeſtiū diuinādas.Si aut tale futurū nō eſt
in tali coꝛpoꝛe inſpecto.nec ſicut in cā ꝑ ſe
nec ſicut in diſpoſitōe nec ſicut tertio modo
ſic diuinaꝭ velle ē peccatū moꝛtale et ſuper
ſticioſū:ſicut faciunt q cū obuiant lepoꝛi vꝰ
femīne ꝓgnanti dicūt malū futuꝝ ⁊ huiuſ
modi.26.q.2.c.illos.⁊.c.ſe.Similiter ſuper
ſticioſi ſunt q ea q̄ libero arbitrio ſubiacent
certitudinaliter ſcire volūt ⁊ diuinare.⁊ d̄
iſtis hēs.26.q.2.c.illud quoq̄ꝫ.Nō Tho.vbi
s̄.inquit ꝙ ſi ꝓdicta ſigna extēdātur ad ea
q̄ nō ſubiacēt cāitati coꝛpoꝝ celeſtiū.ſic ſꝭ
actus liberi arbitrij ⁊ ea q̄ ꝑ accidens eueni
unt ſic diuinatio ē illicita ⁊ Bo.vbi.s̄.dicit
ꝙ diuinatio aſtrologoꝝ qua ꝓtēdunt vltra
vi aſtroꝝ ē ꝑ diabolica cōmercia.⁊ ſic pʒ ꝙ
ē moꝛtale peccatū.Tertio ſit cū aliquoꝝ ſu
perſticioſoꝝ obſeruatōe:⁊ illud oīo ꝓhibe
tur:qꝛ ibi ē tacita demonis inuocatio q ſic cō
uenit cū pꝛimis inuētoꝛibus taliū.vt dꝭ.26.
q.2.c q ſine ſaluatoꝛe.⁊.q.5.c.nec miꝝ.ſicut
faciūt illi qui ꝑ taxillū ꝓiectū ſup libꝛo pſāc
toꝝ vitā vel moꝛtē vel bonā ſeu malā foꝛtū
nā alterius ſcire volūt.Silr̄ q furta vel hui⁹
modi occulta ꝑ inſpectōeʒ aſtrolabij vel li
bꝛi vel iſcriptōem inueſtigāt ſcire ⁊ h⁹mōi.
de iſta habeꝭ de ſoꝛti.c.ex tuarū.

Que pena ſoꝛtilegoꝝ.℞.ſm leges debēt 4
decapitari:⁊ ſi ad domos alioꝝ vadūt dꝫt
igne cremari.Itē bona eoꝝ publicari.vt.l.
nullus.l.nēo.l.culpa.C.de male.⁊ mathe.
ſm canones ſi ē occultū iponitur pnīa.40.
dieꝝ.c.i.eo.ti.Si notoꝛiū ē.infames ſiūt.⁊
ēt qui ad eos ꝯcurrunt.2.q.8.qſqs.⁊ de te
ſti.c.teſtimoniū.Si clericus:oʒ deponi ⁊ i
monaſterio retrudi.26.q.5.nō oʒ.⁊.c.ſi qs
ep̄s.⁊.c.ſe.laici ſi ſūt ſm verberib⁹ ſubiciuꭍ
ſi liberi tn̄ incluſōe digna detrudēdi.26.q.
5.ꝯ ydoloꝝ.⁊ omnes tales efficiunt irregu
lares ſi ſit notoꝛiū:tn̄ ep̄s poterit diſpenſaꝭ
ſm Ber.in.c.2.eo.ti.

Utrū liceat vti ſomnijs ad ſciendū futura 5
℞.ꝙ ſi qs ſit certus pꝛocedere ea ex diuina
reuelatōe ſic lʒ.Similiter lʒ vti eis ad ꝓco
gnoſcendā naturalē cāni intrinſecaʒ vel ex
trinſecā puta.accenſionē colere aut alterius
humoꝛis ſeu febꝛis future vel pluuias ⁊ hu
iuſmodi.nō tn̄ certitudinaliter qꝛ multipli
ter pn̄t impediri.Nō qꝛ talia futura ſunt i ꝑ
te ſenſitiua:ſicut in diſpoſitione nō ſicut i cā.
Si vero huiuſmodi ſōnia cauſenꝭ ex reuel
latione demonū:qd eſt qn̄ inuocātuꝛ exꝓſſe
vel tacite puta.ſuperſticiōes obſeruādo ſic
erit illicitū ⁊ moꝛtale peccatū.Et iō qꝛ diffi
cile ē intelligere qn̄ accidant ex cāis natura
libus vel ſupnaturalibus a deo vel ab ange
lis:ꝓpterea eius curioſa obſeruatio ē teme
raria ⁊ ꝓhibita.vn̄ ezechi.34.Sicut partu
rientis coꝛ tuū fātaſias patiꭍ:niſi ab altiſſimo
imiſſa fuerit viſitatio.Pꝛo clarioꝛi tn̄ intelli
gentia aduerte ꝙ quadruplex ē futuroꝝ dr̄ia
q̄ ad ſōnia ꝑtinet.Pꝛima ē quoꝛūdā q̄ hn̄t
cāni naturalē determinatā in oi ſomniante:
ſicut febꝛis ⁊ habundantia collere eo ꝙ nā
repꝛeſentat in hoie in quo ſuperhabundat
collera in ſomnijs imaginatōnem febꝛis fu
ture.Similiter ſi ſōniat de occupationibus
igneis ſignū eſt ꝙ colera ꝓdn̄aꭍ.Si de aere
vel volatu:ſignum ſanguinis.Si de aqua ꝟ
liquoꝛibus:ſignum fleme.Si d̄ terra ſignū
malēcolie.⁊ huiuſmodi ſomnia ſunt ſigna
non cā accidentium futuroꝛum in homine.
Secunda eſt quoꝛundam que hn̄t cāni na
turalē extra hominē ſomniantē.vt ſunt illa
q̄ ꝓueniunt ex aliqua determinata influētia
coꝛpoꝛum celeſtium.vt pluuie ſiccitas ⁊ hu
iuſmodi:ſicut etiam faciunt elementa in

bentis: ⁊ ſic ſōnia eſt ſigna ñ cā futuroꝝ. nec neceſſaria: ſʒ ↄtigēter: qꝛ multa pñt īpedirꝫ tā iſta ꝙ̄ illa pria. puta medicia ⁊ diſpoſitio ſu perior. Tertia ē quorūdā hñtū cāʒ volūta riā i hoie ſōniante. vt ſūt illa q̄ depēdent ex ope ipſius ſōniātis: ⁊ hec ſūt a caſu: niſi ha beanꝫ p reuelatōeʒ. ſicͤ cū qs alñ ſōniat. ꝙ ē volūtarie facturus qd̄ tñ facere nō cogitaue rat. Quarta ē quarūdā q̄ p aliquā cām deꝫ minatā ex volūtate creata ꝓuidēꝫ: vt cū hō multū ſolicitꝰ i vigilia de aliquo ñ potēs co gnoſcere quō pficiat: alñ ſōniādo ꝓuidebit pp ſedatōem motuū iteriorū ⁊ exteriorū. Quinta ē quarūdā hñtū cām volūtariā in alijs hōibus a ſōniante. vt. ſ. ꝙ illa ſōniat q̄ alij faciꝫ diſpoſuerūt: ⁊ talia ꝓuidere ñ pñt i ſōnijs p aliquā cām determinatā aut nālē. Sed ſi aliqs illa ſōniat hoc ē a caſu. iō dicū tur talia a caſu p accidēs ſm plīni de ſō. ⁊ vi gi. ⁊ hec ſūt a diabolo vt plurimū vt decipi at fidē adhibētē: vel alñ a deo aut ſctis ange lis. Pria ergo ⁊ Secūda nō ē ꝓhitū inqui rere p ſōnia: dū tñ nō certitudinaliꝫ credat. Silr̄. nec quarta. ſed tertia. ⁊ quinta ſūt pro hibita ⁊ diabolicū eſt vt dixi: niſi ſit certus de diuina reuelatione.

**Pectacula** Uide Lu dꝰ per to tum ⁊ Corea.

**Sponſalia** ſūt futurarū nuptiaꝝ ꝓ miſſio. 30. q. 5. noſtrates: ⁊ dicunꝫ a ſpōdeo. des. vt in. l. 2. ff. de ſpōſa. hinc ſpō ſus qi ꝓmiſſus ⁊ ſpōſa qi ꝓmiſſa. ⁊ iō pꝰ ↄ̄ ctū mrīmoniū p v̇ba d̄ pſenti nō dicunꝫ ſpō ſus nec ſpōſa ꝓꝓe ſʒ vxor ⁊ maritus. vñ ſi. legaꝫ aliqd alicui ſi ↄ̄xerit mrīmoniū cum berta. illico debeꝫ ſibi legatū quo ↄ̄xit p v̇ ba de pñti. lʒ nō ↄſumauerit. vt i. l. cū fuerit ff. de ↄdi. ⁊ demō. Facit. c. ſufficiat. 27. q. 2.

1 Utrū noie maritate veniat ſpōſa ꝓꝓe. R. Pa. in R̄ica. eo. ti. ꝙ i. odioſis nō. Ex quo īfert ꝙ ſi ſtatuto caueꝫ ne maritata ſuccedat cū frībus i bonis parentū: ꝙ ſpōſa bñ ſucce det. Nec ēt ſpōſa de pñti venit noie mariti ꝫ vxoris. Nec mrīmonij noie veniūt ſpōſalia vt idē dicit i. c. 3. loco de pſūp. In indifferē tibus v̇o veniunt ſolū ſpōſalia de pñti: ſed i fauorabilibus bñ venit ſpōſa de futuro. p hoc bonꝰ tex. i. l. nō ſine. C. de bo. q̄ li. ⁊ ibi per Cy. ⁊ alios vide bonā glo. Inſti. de nup. §. ſʒ ſi vxor. 27. q. 2. i ꝓncipio. Et hoc veꝝ niſi addatur aliqua qualitas determināsꝫ diſti guēs. puta. maritata ⁊ cognita ⁊ huiuſmōi

2 Quis pōt ↄ̄here ſponſalia. R. ꝙ qlibet q pōt mrīmoniū ↄ̄here ſm canones. lʒ ſūt ſccꝰ ſm leges. vt p ʒ i. l. ſi qs offiñ. ff. de ritu nup. ⁊ i. l. ſolet. ff. de his q no. iſa. ⁊ ēt q ñ pōt ↄ̄ hē mrīmoniū pōt ↄ̄here ſpōſalia. vt. ī. dicā

3 Utrū abſētes poſſint ↄ̄hē. R. ꝙ ſic p nūtiū ꝫ lrās. l. ſufficiet. ff. de ſpō. ⁊ ex̄ q cle. ꝫ vouē. c. veniēs. ⁊. 30. q. 5. nec illud. Et ſi nūtiū ꝫ p curatorē reuocauit añ ꝙ̄ ↄ̄heret nō erūt ſpō ſalia ſm Ho. lʒ nuntius ignorauerit.

4 Utrū alius ſine mādato alterius poſſit ↄ̄ here ſpōſalia. R. ꝙ ſic vt pꝫ ꝓ filio ⁊ mꝫ ꝓ filia ⁊ tutores ⁊ curatores: ⁊ qcūq; alij: ꝙ̄ uis ñ habeāt mādatū a ꝓncipio: ſʒ tñ ſpōſa lia ñ ſūt: dōec ille ꝫ illa ſciuerit ⁊ ratū hūerit ⁊ hoc ſm canones q ñ requrunt niſi ↄſenſū vt i. d. c. ſufficiat. ⁊ ex̄. e. n. c. cū locū d̄ dſpō. ipu. c. vnico. li. 6. Aduerte tñ ꝙ ſi pꝫ pñte fi lio ↄ̄hit ſpōſalia ipſo tacēte: lʒ alter ñ ↄſētiat expſſe. teneꝫ ſponſalia: qꝛ taciturnitas opaꝫ ↄſenſū. vt in. d. c. vnico. Secus āt in alijs ab ipſis pꝫe ⁊ mꝫe: qꝛ ñ ſufficit ſola pñtia. ſʒ oʒ ꝙ alter ↄſentiat expſſe vel tacite. Facit. c. ad id qd̄ de ſpon. nec cures de glo. i. d. c. vnico qꝛ Io. an. in nouella eam correxit.

5 Utrū minor poſſit ↄ̄here ſponſalia. R. ꝙ ſic dūmō ſit. 7. annoꝝ ↄpleto ꝝ: qꝛ minor. 7. ānoꝝ ñ pōt ↄ̄heꝫ. ⁊ ſi ↄ̄hit ñ tenēt. Nec oriꝫ publice honeſtatiꝫ iuſticia. d. c. vnico ēt ſi al ter ſit maior: niſi poſtea ratificet.

6 Quō ↄ̄hūtur ſpōſalia. R. ꝙ duobꝰ mōis Prio ſimpliciter ⁊ abſolute. Secundo ſub conditione.

7 Quot modis cōtrahūtur ſponſalia abſo lute. R. quatuor modis. Prio p verba de p ſenti ſi ābo ſunt ipuberes vel alter eorū. Ná iuris interpretatōe ſunt ſpōſalia d̄ futuro. c. ſi. de deſpon. ipu. ⁊ clarius i. d. c. vnico. Se cūdo p v̇ba de futuro ad hoc apta. vt puta: ꝓmitto vel iuro ꝙ te accipiā i vxorē ⁊ ſimi lia. vt i. c. pe. de ſpō. Tertio p annuli ſubarra tōeʒ. 27. q. 2. Si qs deſpōſauerit. Quāto per arraꝝ datōem. Sed quo ad iſtos duos vlti mos modos dicit Pa. in. c. ſi. de deſpō. im pu. ꝙ ſic poſſent diceꝫ mrīmoniū: ſicut ſpō ſalia. vt in. c. ſcie. 30. q. 5. Et iō aduertēdū ꝙ ſi pceſſerunt v̇ba apta ad ↄ̄hendūʒ mrīmo niūm tunc anuli ſubarratio vel datio arrarū faciūt mrīmoniū nō ſpōſalia. Si v̇o pceſſe runt verba de futuro ſic erunt ſponſalia. Si vero nulla verba preceſſerunt: tunc ſecundū conſuetudinem iudicabitur aut pro mrīmo nio vel ſponſalibus. Et ſi conſuetudo nō ſit in hoc aliqua ſic nihil probabunt. Si aliud certū nō pōt concipi: qꝛ talia ſūt ſigna equi uoca. ad multa. ⁊ ideo nihil certum probāt c. illud de pſūpt. pʒ. qꝛ arre ēt danꝫ i alijs ↄ̄ ctibꝰ. vt Inſti. de ↄ̄hē. ēp. in. ꝓncipio. Si āt ſolū vnꝰ v̇ba pceſſerūt: tūc inuſtio annli ⁊ acceptio arrarū denotat ↄſēſum alterꝰ ex ꝓſſum. Et ſic erūt ſponſalia vel mrīmoniū ſm ea. vt nō. glo. i. c. pe. de ſpon. In dubio tñ in ſubarratiōe per immiſſiōem anuli. pſu mēdū ē ꝓ mrīmonio: qꝛ res fauorabiꝫ ē. vt i. c. lris de pſūp. ⁊ in. c. ſi. de re. iudi.

8 Utꝝ aliqs ꝓmittēdo q̄tuor puellis vnam ipaꝝ accipe ↄ̄hat ſpōſalia. R. ꝙ ñ vt i. c. ex ſpōſalibus. de ſpon. li. 6. niſi aliqua eaꝝ fa cto i eū ſpāliter conſenſit.

9 Quid ſi pꝫ iurauit dare vnā de filiabꝰ ſuis R. Hoſti. ⁊ Gofre. ꝙ ſpōſalia ñ ſūt: ſed tñ pꝫ teneꝫ. vnā dare ⁊ quā voluerit. Inſti. de acti. §. pterea. Et ſi vnā obtulit ⁊ ipſe ñ acce ptauit ē abſolutꝰ a ꝓmiſſiōe. ff. de v̇. ob. l. ſtipulatus ſū. ⁊ ſi oēs moriāꝫ. pter vnā. illā dare teneꝫ. ff. de ↄ̄hē. ēp. l. ſi i ēptiōe. §. ſi ēp tio. Qd̄ limita veꝝ. ſi puella voluerit. alias nō: qꝛ ñ teneꝫ. p tale iuramētum pꝫ niſi ad ſa ciēt qd̄ i eo ē. nō. glo. in. c. ex lris. ⁊. c. ſicut de ſpon. ⁊ lʒ de iuꝫ ciuili ꝓmittēs factū ali enū nō obligeꝫ. niſi ſpecifice ēt ꝓmiſerit ſe factuꝝ vel curatuꝝ. vt Inſti. de iuti. ſtipula. §. ſi qs aliū: tñ qñ promiſit cū iuramēto ēt ſimplr̄ teneꝫ pſtare opam quā pōt: ſicͤ ſi ſpe cifice ſe obligaſſet. ar. c. ad nraʒ. de iuꝫ. iur. ⁊. l. cum p ꝫ. §. filiꝰ matrem. ff. de le. 2.

10 Quid ſi ꝓmiſit vnā determinate: ⁊ ſi illā nō poſſet daret alterā. R. ſi pa. ↄſēſit ñ pote rit aliā hēre: qꝛ ieſt publice honeſtatis iuſti cia ēt ſi pp īpedimentum affinitatis cū prima nō potuit ↄ̄here. Secꝰ ſi ñ ↄſēſit: qꝛ tenetur ſam dare de ſpon. c. ex lris. el. 2ͦ ⁊ de reſti tu. ſpoꝫ. ex parte.

11 Sʒ qd ſi aliqs ꝓmittit alicui ꝙ eā deſpō ſabit. R. ꝙ ſi ꝓmiſſio fuit ꝙ deſpōſaret eaʒ de futuro: ſic nō erūt ſpōſalia añꝙ̄ deſpon ſet eā ſʒ Uincē. ⁊. D. Ant. in. c. is q de ſpō. Si v̇o ꝓmiſſio fuit ꝙ deſponſaret eā. ſ. p v̇ ba de pñti: ſic talis ꝓmiſſio faciet ſpōſalia. ſm Car. in. d. c. is q̄. Et ſi ſumus i dubio: tē i locis vbi ↄſuetū ē ꝙ primo cōiꝫ accipiunꝫ p verba de futuro ñ erunt ſponſalia iudicā da. Sed vbi cōiꝫ accipiunꝫ p verba de pñti ſine alijs ſpōſalibꝰ erūt ſpōſalia ↄ̄cta p talē ꝓmiſſionē. qd̄ bñ nō. qꝛ ſepe i pratica.

12 Utꝝ idiſtincte poſſit i ſponſalibus arraꝝ traditio iteruenire. R. Pa. in. c. gēma. eo. ti. Io. an. ⁊. dicunt ↄſiderādam qualitateʒ pſonaꝝ ⁊ q̄ titatē arraꝝ. Si eni iter viles p ſonas iteruenit traditio magnaꝝ arraꝝ. ſic nō valet: qꝛ ē eādē rō in eis. ſicut ⁊ in penaꝫ ⁊ hāc opinionē vꝫ tenere. Cy. in. l. mulier. C. de ſpon. Et lʒ Bar. in. l. ticia. ff. de v̇. ob. idiſtincte velit ꝙ admittanꝫ: oīmō ñ exce dāt q̄titatē dotis vel donatiōis pp nuptias tñ pma opio ē egor in ↄſcia: qꝛ cū hēmꝰ rō nem legis. nō ē curandum de verbis. l. non dubium. C. de legi.

13 Sed q̄ requrunꝫ vt valeāt arre. R. ꝙ duo. Primo ꝙ q̄titas ſit vere numerata ⁊ tra dita pti. Secꝰ vbi ps ↄfiteretꝫ tñ ſe ꝫcepiſſe ſm Bar. i. d. l. ticia. ⁊ Fede. ↄſilio. 164. Et ēt dicit Bar. ibidē. ꝙ ſi vtraq; ps cōfiterēꝫ ſe recepiſſe ab altera. ēt ſi vere iteruēiſſet ſo lutio ſed poſtea reſtituta fuit: qꝛ ſi ſolui tibi mille. ⁊ a te ꝫcepi alia mille. ñ videor ſoluiſ ſe. ar. l. q ſic ſoluit. ff. de ſolu. lʒ multi teneāt ↄ̄ eū in h̄ vltimo de quo vide Bal. in. l. ſi. C. de ſpon. ⁊ videꝫ egor opio Bar. ⁊ eā ſe quur. Pa. ⁊. D. Ant. in. d. c. gēma: qꝛ facile us qs ꝓmitit ꝙ̄ exburſet. ⁊ iō ñ vꝫ exbur ſare q̄ tñ deʒ recipit ſtatim. ⁊ ppea tʒ Bar. ibidē fundum ñ poſſe dari loco arraꝝ: ēt ſi vēdēs ↄſtituat ſe noie alterius poſſidere. qꝛ l. ſi. C. de ſpōſa. loqꝫ de arris traditis i q̄ti tate. ⁊ annullat aliaʒ penā. ergo ñ debemꝰ eꝫ illū caſū arras approbare. Sʒ ↄ̄ Bar. ē Ange. ⁊ Imola. i. d. l. ticia. ⁊ dñs Lucbas de graſſis dicētes ꝙ pdicta. l. ſi. nō facit mē tiōem de q̄titate. ⁊ ſic ſm eos pōt dari ſū dus. ⁊ ē verior opio. Scdo requritur ꝙ nō ſint in tali q̄titate reſpectu dotis ꝙ traſeāt i locū pene vt. ſ. dixi. Aduerte tñ ꝙ ceſſat p ditio arraꝝ qñ p eum ñ ſtat: nec cām pbuit vt ñ fieret mrīmoniū. C. de ſpon. l. vlti.

14 Utꝝ pena appoſita i ſpōſalibꝰ valeat. R. Pa. in. d. c. gēma colligēdo dcā doctoꝝ in d. c. gēma. ⁊ in. d. l. ticia. ꝙ Aut pena appo niꝫ inter ↄ̄hētes. ⁊ idiſtincte ñ valet ſʒ coio rem opinionē ⁊ tʒ Bar. in. d. l. mulier ēt d̄ illa pena q̄ ē in lucro pdendo. vñ ſi dixero ꝓmitto tibi donare centum. ſi nupſeris mi hi. nō valebit. vt in. l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi ti bi nupſo. ⁊ ibi p Bar. ff. de ver. ob. Qd̄ tñ limita verū: niſi is cui ꝓmiſſio fit eēt nobili or: qꝛ tūc videretur potius donare aio recō pēſandi rōne nobilitatis. Pro hoc facͤ. qd̄ nō. Bar. in. l. prima. C. de dona. añ nu. ⁊. l ſi volūtate. C. de do. ꝓmiſ. Aut pena appo nitur inter parentes ipſorum ↄ̄hentium ſeu alios ita ↄiunctos ↄ̄hentibus ipſis: ꝙ veri ſimiliter iſti inducerētur ad ↄ̄ctuʒ matrimo nij ne parentes vel amici eorum incurrant ſeu ſoluant penam. ⁊ ſic ñ valet vt. in. d. c. gēma ſm vnum intellectum. ⁊ in. d. l. ticia. ⁊ in. l. heres meus in ſi. ff. de condi. ⁊ de

mon. Ualeret tñ illa q̃ eſt in lucro ꝑdendo vt p Bar. in. l. ticio. §. ticio. el pmo ff. de cõdi. ꝛ demõ. Aut pena apponitur iter alios a ꝑdictis. ꝛ ſic valet ẽt ſi talꝭ extraneus ꝓmiſerit noie mulieris ſub certa pena ꝫ coẽm opi. Aduerte tñ ſingulꝛ ꝙ tales ꝓmittentes ſub pena ꝙ ticia ꝯtrahet cum ſempronio ſi q̃tũ in ipis eſt faciunt ñ incurrunt penã: qꝛ difficultas ex quo factũ eſt in obligatiõe excludit cõmiſſionem pene. vt eſt tex. nõ. in. l. ſi vehenda. in fi. ff. ad. l. ro. de iac. ꝛ in. l. 2. ff. ſi qs cautõ. ꝛ hoc tenuit Jo. pla. vt refert Fede. ꝯſilio. 164. ꝛ do. Anto. in. d. c. gẽma ꝛ ſeqtur Pa. ibidẽ. Facit qͦd nõ. Bar. in ſilibus terminis in. l. cõtinuus. §. illud. ff. de ver. ob. qͦd nõ. qꝛ facit vt ille q in ꝯtractibus ſub pena ꝓmitit ꝓ filio ꝉ amico. ꝙ ratificabit. qꝛ ſi facit qͦd in ſe eſt euitat penã. ꝛ hoc verũ de pena q̃ ꝯſiſtit in ꝑdendo ꝉ minuendo de pĩmonio. Sec⁹ de alia q̃ eſt in agrẽdo. qꝛ ceſſaret lucrũ. niſi ipleret ꝓmiſſum.

15 Utrũ poſſit interuenire pignus ꝓ mĩmonio ꝯtrahendo. R. fuit opi. diuerſa. Inno. tꝫ ꝙ ſic. ꝑ. l. vnicã. C. ſi rector ꝓuin. D. Anto. tꝫ ꝙ nõ põt. niſi ꝓ intereſſe ꝓſtãdo. Jo. An. dicit diſtinguendũ ſm qualitatẽ ꝑſone qꝛ vile pign⁹ nõ hꝫ intimidare magnũ vi॰ ꝛ ſic põt interuenire. Sed de iure vꝫ veriõ opi. do. Anto. ꝓ qua facit qͦd nõ. glo. i. l. ſi ita ſtipulamus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de ver. ob. q̃ dicit ꝙ ois ſtipulatio in talibus ẽ reprobata. ꝛ i. d. l. vnica ꝯtractus arrarũ vocatur pignus. ꝛ iõ non obſtat.

16 Utrũ intereſſe poſſit peti. R. Jaco. de are. Cy. ꝛ coiter doc. in. l. 1. C. de ſpon. ꝛ i. d. l. ticia. ꝙ nõ põt peti. niſi doloſe ꝑs ſe hũerit qꝛ tũc petet actõne de dolo. ñ aũt ꝑꝑ ſtipulatõem. qꝛ ex ꝯceſſione iuris altera ꝑs põt a ſponſalibus deſiſtere. ꝛ ne mĩmonium intimidetur ꝑꝑ ſolutõem pene. et iſtud ſeqtur Hoſti. in ſũma. et Pa. in. d. c. gẽma.

17 Queritur an recipiens arras lucretur eas ꝯtracto mĩmonio. R. Fede. in. d. ꝯſilio p⁹ Jo. plagiariũ. et Pa. in. d. c. gẽma. ꝙ nõ. ꝛ ſeqtur Ho. in ſũma. lꝫ in. d. c. gẽma. teneat ꝙ lucratur. ſed nõ eſt verũ cũ nullo iure ꝓbetur. ꝛ ideo reſtituet. Sed ſi nõ ſequatur ex defectu alteri⁹ ꝑtis. ſic lucrabitur. Si ṽo ex defectu ſuo ſic reddet duplũ. l. arris. ꝛ. l. fi. q̃ incipit mulier. C. de ſpon. Hoc verũ ſi accipiens eſt maior. 25. annis. ꝉ ſi veniam etatis ipetrauit. alias non tenetur. niſi ſimplũ reſtituere. d. l. fi. Quis ex defectu ſuo ñ fuerit ſecutum matrimonium.

18 Quõ cõtrahunt ſpõſalia ſub ꝯditiõe. dic vt dctũ ẽ de mĩmonio. ꝛ ſm illas regtas. vide Matrimoniũ. 3. impedimẽto. 3. Unde aduerte ꝙ añ aduẽtũ ꝯditiõis ſpõſalia ñ ſt nec oriꝉ publice honeſtatis iuſtitia. vt in. d. c. vnico. de ſpon. li. 6. niſi ꝑ ſcẽm a cõditiõe recedat. puta. cognoſcẽdo eã. ð ꝯdi. appo. c. de illis in tex. ꝛ in glo. ꝛ in. c. ſuper eo. ꝛ in. c. per tuas

19 Quid ſi qs dicat alicui. do. tibi fidẽ. ꝙ te accipiã in vxorem. ꝛ illa nihil rñdeat. nec ṽbo nec ſigno. R. ꝙ ſponſalia nõ ſũt. Sed tñ ꝯpellendus eſt talis q dedit fidem. vt eã ſeruet ſi alter voluerit ſm Rodo. Sed ego ñ credo qñ aliqua intermedia iteruenerũt: añq̃ alter cõſenſum demonſtrauerit. ff. de verbo. ob. l. cõtinuus.

20 Quõ ſpõſalia diſſoluunꝉ. R. ꝙ in. 17. modis. pmo ꝑ mutuũ ꝯſenſum ẽt ſi erãt iurata. hoc tꝫ Spe. ti. de legato. §. nũc oñdeñ. ꝛ Pa. in. c. ꝓterea de ſpon. dicẽ hãc eſſe cõiorẽ opinionẽ: lꝫ glo. in. d. c ꝓterea teneat nõ poſſe ſine pcõ. Sed mihi placet diſtinctio Inno. i. d. c. ſ. ꝙ aut iurauit iuitu ði aliquã mulierẽ accipe in vxorẽ ꝛ nõ põt illa remittere. Si vero ñ iuitu dei: ſed ꝑꝑ ei⁹ cõplacẽciam ſic pñt ſe abſoluere

21 Sed nũqd ſi ſpõſalia ñ erant iurata poterit alter ñ ꝯſẽciente altero recedere a ſpõſalib⁹ ꝯctis. R. ſm glo. in. l. i. C. de ſpõ. ꝙ ſic ẽt de iure canonico. ꝛ ſeqtur. Cy. ibidẽ. ꝛ hoc idẽ vꝫ ſẽtire Gratian⁹ lꝫ dubie. 27. q. 2 §. ſed aliud ꝛ. §. fi. Nec obſtat. c. deſponſatam. 27. q. 2. qꝛ loqtur in mĩmonio de pñti. Itẽ nec. l. ꝓnia. ff. ex q. ca. iſa. irro. Ubi ſpõſa efficitur iſamis ſi bina ſponſalia cõtrahit qꝛ ẽ ver: n. ſi ſponſalibus ꝓmis renunciet: ſed qñ ipis renunciat hẽt locum. l. i. C. de ſpon. que dicit vna deſponſata alteri nõ ꝓhibetur nubere. Nec obſtat ꝙ nudũ pactũ eccl̃ia cõpellit obſeruare. c. i. de pactꝭ: qꝛ iſtð ẽ ſpãle in mĩmonio ꝑꝑ rõnẽ lĩe. vt ſit omnino liberũ. ar. c. reqſiuit de ſpon. ꝛ qͦd nõ. Inno. i. c. veniẽs. de iure iur. ꝛ placet mihi qñ aliqua noua cã eum adhoc iducit: q̃ ſi a ꝓncipio fuiſſet ipedimentum dediſſet ne cõtrahẽt. aliter ñ credo ſine pcõ mortali poſſit recedere a ſponſalibus primis cum alia cõtrahendo: altera nõ cõſenciente.

22 Scðo qñ alter îrat religiõeꝫ ẽt añ ꝓfeſſionẽ. c. veniẽs. q cle. vel vo. ſm vnũ itellectuꝫ qͦd facere pñt añ carnalẽ copꝉam: ẽt altero iuito. vt. ſ. Mĩmoniũ. 4. §. 17.

23 Tertio qñ alter ꝯhit cũ alia ꝑſona ꝑ ṽba ð pñti: vel ꝑ ṽba de futuro carnali copula ſubſecuta. d. c. ſi iter vir. ꝛ. c. i. ð ſpõ. duo.

24 Sed qd ſi cognouit p⁹ ſpõſalia ꝯtracta aliã mulierẽ ꝛ p⁹ coitũ ꝯtraxit cũ ea ſpõſalia ẽt. R. ꝙ prima ñ ſoluunꝉ ꝑꝑ hoc: ſꝫ opꝫ coitus ſequaꝉ ꝯtractũ ſponſaliorꝫ. c. veniẽs el. 2. de ſpon.

25 Sed qd ſi ꝓma ſponſalia fuerũt cõtracta ſimplr: ſcða ṽo cũ iuramẽto. R. ꝙ tenet. ſtdire ad ꝓma. qꝛ ñ diſſoluũꝉ. ꝑ tale iuramentum. e. ſicut ex lr̃is. de ſpõ. 22. q. 4. i malꝭ ꝓmiſſis. Et hoc eẽt verꝫ. ſi ñ itẽderet a ꝓmis recedere Sec⁹ ſi a ꝓmis itẽdit recedere ex cã cũ poſſit vt dixi. iõ ſꝫ a tenebiꝉ. ꝛ. ad. d. c. ſicut ex literis dic ꝙ loqtur qñ ſine aliqua noua cã vult frangere fidẽ quam dedit ꝑꝛie. aꝉ nõ.

26 Quarto qñ aiꝉ ſe traſſert ad aliã regiõeꝫ. vñ ſi ñ ẽ ſpes de ꝓprio reditu. credo ꝙ diſſoluanꝉ ẽt iurata. vt vꝫ. ſẽtire Pa. i. c. de illꝭ. eo. ti. ꝛ ẽt glo. in. d. c. de illꝭ. vbi dicẽ ꝫ leges. qꝛ iuuat aliͦd eſſe de iure canonico. ꝛ placet mihi ꝑꝑ ꝑiculũ incõtinẽtie. Nã ꝫ leges ſi ꝑ biẽniũ expectauit aiꝉ eũ q ẽ in ꝓuincia. ꝛ nõ executus fuit nuptias libere alteri ꝓt nubere. C. de ſpon. l. 2. ꝛ ſi eſt in alia ꝓuincia dꝫ expectare poſt tres annos. vt in. l. 2. C. ð repu. ꝛ hoc ſi ẽ abſens ex ꝓbabili cã tñ. Si vero ſit abſens ex ꝓbabili ꝛ neceſſaria cã. dꝫ expectare donec. adſit. vt. ff. de ſpõ. l. ſepe. vide glo. q̃ hoc tꝫ. in. d. l. 2. C. ð ſpõ. Nec obſtat. d. c. ex lr̃is. qꝛ lꝫ dicaꝉ ꝙ ꝑ quatuor annos vel. 5. expectauit hoc ñ conſtabat: lꝫ fuerit allegatum. ꝛ ſi cõſtaſſet papa pñiam non ipoſuiſſet de ꝑiurio: vel potes dicere ꝙ iõ ibi iponitur pñia qꝛ ſine auctoritate ſuperioris nõ debuit cõtrauenire iuramẽto. Sed ſi cũ auctoritate ſuꝑioris cõtrauueniſſet: tũc credo euitaret ẽt penam arrarꝫ. vt non eas amitteret ſi interuenerunt. Quis ẽt nõ expectet tꝑs ſtatutũ ꝑ leges. ꝛ ſm Hoſti. in. d. c. de illis. ꝛ alios doc. poſt ipm iudex dꝫ talem abſoluere ꝑꝑ ꝑiculum fornicationis. qͦd bñ. nõ.

27 Quinto qñ certus terminus tꝑis appoſitus fuit. Nã ipo elapſo ille ꝑ quẽ nõ ſtetit liber ẽ ꝛ nubit ſine ꝑiurio: ſed alteri iponiꝉ pñia de ꝑiurio. vt in. c. ſicẽ ex lr̃is. eo. ti. Et hoc verꝫ niſi a ꝓncipio fuiſſẽt pure contracta ꝛ poſtea cõuenerĩt de die nuptiarꝫ: qꝛ ꝑ lapſum illi⁹ diei ñ liberaꝉ alter: qꝛ termin⁹ ex p⁹ facto fuit appoſit⁹ ꝓ ſolicitãdo iplemento ꝓmiſſiõis iam fcẽ ꝛ pure: ñ ad finiẽdũ ꝓmiſſionem. ſcðm theoricã dñi. Anto. in. d. c. ſicẽ ex lr̃is.

28 Sexto qñ aiꝉ leprã vel paraliſim icurrit aut viſum vel naſũ amiſit: aut ei aliqd turpius euenit. vt. i. c. lr̃as. de cõiugi. lepro. ꝛ. d. c. ſicut. ꝛ in. c. queadmodũ de. iuꝭ iur. i tex. ꝛ i glo. Et hoc verꝫ. ſi turpitudo aduẽit p⁹ cõtractũ: ſec⁹ ſi tꝑe cõtract⁹ ierat. ſicẽ nec cõtrahẽs ꝓt allegare ſuſpectũ debitorem ꝑꝑ paupertatem precedẽteꝫ ſeu mores. ad qͦd facit. l. ſi creditores. ff. de priuil. cre. ꝛ. l. fi. C. de ſpõ. ꝛ ibi per Bar. ꝛ Pa. in. c. quẽadmodum de iure. iur.

29 Septimo qñ aiꝉ fornicaꝉ q̃ ad inocẽtẽ: ſed ille q fornicat⁹ ẽ ñ põt reſilire ſi alter inocẽs velit ꝯhere ſecũ. c. 2. de traſla. ꝓla. Et ſi ẽt fornicatio eẽt violẽta põt ſpõſus eã dimittere. ſꝫ Jo. an. ꝛ glo. i. d. c. queadmõꝫ. ꝛ ſeqtur Pa. ibidẽ ꝛ hugo. 27. q. 2. raptor. ꝛ ẽt tꝫ ꝙ ꝓt dimitti ſi tꝑe deſpõſationis erat corrupta: cum tñ crederet virginem.

30 Octauo qñ aiꝉ eorꝫ efficiꝉ hẽtic⁹. qꝛ ẽ fornicatio ſpũalis. 28. q. i. ñ ſolũ. ꝛ. c. iam nũc.

31 Nono ꝓpter capitalẽ inimiciciam ſuꝑuenictẽ iter ſpõſum ꝛ ſpõſam põt alter petere ſeparationem ſm Hoſti. in ſũma ꝑ rõnẽ. c. 2. ð ſpon. ꝛ. c. reqſiuit eo. ti.

32 Decimo qñ ꝓmiſit ſpõſa dare certaꝫ q̃titatẽ ꝓ dote ꝛ ñ ꝓt dare ſic ſoluiꝉ ſpõſus ab obligatiõe ſꝫ Jo. an. i. c. de illis ð cõdi. appo. Idem dic de quacũq̃ alia conditione iteruenıente ſi deficit.

5 Qui ſunt tituli transferētes dñium vt ſciamus quō vſucapio currat. R. ſunt. 10. Primus ꝓ ſoluto qui hꝫ locū: quando ego credo tibi debere pura. centū ex quacūqꝫ cā ꝛ tu idem credis: ꝛ ſic ſoluo vel aliquid loco eius. ꝛ ſic vſucapies. ff. pro ſol. l. 1. Et ſic iuſtus error dat cauſam preſcribēdi. Fallit quādo cā emptionis que nō preceſſit ſoluitur aliquid: qꝛ nec pro emptore cum nō preceſſerit nec pro ſoluto: qꝛ ex cauſa emptōis traditur. l. 2. R. 2. ff. pro empto. ff. pro ſolu. l. pe. Secundus pro emptore qui hꝫ locum cum quis in veritate emit rem alienam vel a furioſo quem credebat ſane mentis ꝛ bona fide. vt. ff. eo. l. pignori. §. 1. ꝛ. ff. pro empto. l. 2. §. ſi a pupillo: ꝛ in iſto requiritur vt dixi bona fides in rebus mobilibus tam tradēs q̄ accipiētis. Jtē q̄ ēptio ſit pura ñ cōdictōalis. ff. p ēpto. l. 2. §. ſi ſub ꝯditione. Jtē q̄ preciū ſoluatur l' fides hēatur de precio. qꝛ alr nō trāſferretur dñium. Jnſti. de re. diui. §. vēdite. Jtē q̄ eadē res q̄ ē empta tradatur. qꝛ ſi alia daretur nō vſucapet pro emptore. l. 2. §. cum ſcit. ff. pro ēpto. Tertiꝰ pro trāſacto q hꝫ locū i re tradita vt a lite recedatur ab eo q credebatur dñs. C. pro trāſacto. l. ex cā. C. de trāſac. l. ſi pro fundo Quartus pro herede q hēt locū vbi qs eſt verus heres vel ſaltem iuſte ꝛ ꝓbabiliter hoc putet. Sed nō hꝫ locū i ſuis heredibus. qꝛ quodāmō ꝯtinēte eo hereditariū rerū dñi extimātur. l. 2. §. filium. ff. pro here. C. p here. l. nihil pro herede. Sed i extneis heredib' diſtigue. q̄ aut res ē vitioſa. puta: qꝛ furtiua: vel vi poſſeſſa. vel res fiſci q̄ nullo tpre pſcribi pōt. C. cōia. de vſuca. l. iā pdem. vel res pupilli. vel res data pſidi ꝯ. l. inſ. repetū darū. ff. de acq. re. do. l. bone fidei. Et ſic heres generalis vel ſucceſſor ſpālis rei alienꝰ pſcribere nō pōt. ff. de publi. l. ſed hi. §. actōnū hāc. De quo vide s. Preſcriptio. §. 44. Si vo res ñ ē vitioſa. ſic dic. vt s. Preſcriptio. §. 1. Quintus pro donato q hꝫ locū cū i vo nō i opinione aliqd ē donatū bona fide. C. pro dona. l. vlti. Jtē q̄ donatio teneat: qꝛ ſi pr̄ donat filio ꝛ decedat non vſucapiet ꝓ donato filius. qꝛ donatio nō valuit rōe patrie ptātis. ff. pro dona. l. 1. §. 1. ff. p here. l. 2. §. filium. lꝫ tñ rē alienā qs non poſſit donare quo ad hoc vt dñium trāſferatur i ꝓiudiciū veri dñi: qꝛ qd qs nō hꝫ trāſferre nō pōt. C. de dona. l. ſi filius. Ualet tñ vt vſucapiatur. ff. pro dona. l. ſi is q alienā. ꝛ. l. fi. de iure patro. c. cura. Sextus pro derelicto q hꝫ locū in ea re q̄ credebatur a dño derelicta ꝛ alius poſſidere icepit ꝗuis ignoret a quo ſit derelicta. ff. pro derelic. l. ſi id qd pro derelicto. Septimus ꝓ legato q habet locū cū alicui res legatur aliena bona fide ff. pro lega. l. p legato la. 1. Et ꝗuis legatū adēptū ſit: tñ vſucapio currit. d. l. pro legato. ꝛ. l. vltia dūmō ꝓbabilis error excuſet. puta. credit teſtatorem fuiſſe ſane mentis. cū tñ foret furioſus. vel ignorat legatum p codicillū adēptū eē. Octauus pro dote q hēt locū cū res aliena pro dote bona fide datur l. vlti. ff. pro dote. Nonus pro ſuo qui hētur cū qs poſſidet rē quā credit ſuā aliquo iuſto titulo. ff. pro ſuo. l. 1. ꝛ vltia. Decimus ꝓ iudicato q hꝫ locū cū res ē iudicata a qua nō ē appellatū ſpacio decē dierū vſucapit. qꝛ trāſit in rē iudicatā. l. 2. q. 6. anteriori. vñ i vſucapione reqritur aliqs de iſtis titulꝭ ꝛ bona fides. ꝛ q̄ res nō ſit vitioſa ꝛc̄. vt dictum eſt.

6 Quis effectus vſucapiōis. R. ſm oēs. eſt vt rei vſucapte dñium directum acqrat. C. de pac. l. traditionibus. ff. de vſuca. l. 1. ꝛ. 3. ff. pro ſuo. l. ſi.

7 An hēat locū i ꝯſcia. dic vt s. Preſcriptio. §. 49. ꝛ multa ibi ad hoc faciūt p totū.

**Sura** ſm Ho. i ſūma. ē qd ꝯ q̄ ſolutioni rei mutuate accedit ipſius rei vſus grā. pactione iterpoſita: vel hac itentōe hita in ꝯtū: vl exactione hita poſt ꝯtū. Pro cuius declaratione attēde q̄ prio dr̄. quodcūqꝫ. ſ. quocūqꝫ noīe cēſeat: ſiue ꝯſiſtat i dādo ſiue i faciēdo: dūmō pcio ſit extiabile ꝛ vltra ſortē exigat erit vſura. 14. q. 3. vſura. ꝛ. c. pliqꝫ. Secūdo addit rei mutuate: qꝛ i ſolo mutuo vo l' iterpretatiuo ꝯſiſtit vſura ſm oēs doc. dicit Tertio ipſius rei vſus grā: qꝛ ſi nō vſus grā i. ꝯſūptōis. ſed pene l' itereſſe loco apponet nō eēt vſura. vt iſra patebit. Cōcludit i qrto pactōe iterpoſita ꝛc̄. qꝛ ſi ſine pactōe vel ex actione aut itentōe. ꝛ gratis aliqd dat non erit vſura. put iſra plenius patebit per dubia ſequentia.

1 Utrū ſola ſpes recipiēdi vltra ſortē faciat vſurariū. R. vt colligo ex glo. ſup li. 6. mutuū date ꝛc̄. q̄ aliqs pōt mutuare dupl'r pp ſpē lucri. Unomō pricipalr. ita q̄ nō mutuaret niſi lucrū inde ſparet. ꝛ tūc vſurarius ē. vt pꝫ i. c. 1. ꝛ. c. ꝯſuluit de vſu. ꝛ. 14. q. 3. ſi fenerauerit. Et i hoc ꝯcor. cōiter Jo. an. Archi. ꝛ Ge. in. c. 1. eo. ti. li. 6. ꝛ i. d. c. ꝯſuluit. ꝛ theologi i. 4. 15. di. Sed attēde q̄ iſta itētio tripl'r pōt cōtingere. Prio añ mutuum. vñ ſi poſt mutuū cognoſcēs pcām mutat itētionē poterit ſponte donata recipe ſine vſura. Secūdo ſubſequēt. qꝛ poſt mutuū ſpat aliqd ꝛ ſic ēt vſurarius ē. Tertio ꝯcomitāt puta. qꝛ mutuans nullū ſpabat lucrum ſed debitor pp mutuū dat ſibi pmiū: ꝛ mutuās pp eādē cām recipit. ꝛ ſic ēt vſurarius eſt. ꝛ talis tenetur reſtituere ſm q̄ dixi. Reſtō .i. i verbo vſurarius. Aliomodo qs ſpat lucrum. ſ. ſecūdario. qꝛ ēt ſi crederet nō hēre vltra ſortē. mutuaret nihilominus pp caritatem. ꝛ talis ſpes non facit vſurarium ſm Ri. in. 4. di. 15. articulo. 5. q. 5. ar. c. quid ꝓderit. 61. di. ꝛ. c. in ſingulis. 77. di. 59. di. ſi officia. 1. q. 2. ꝗpio. in hoc concor. Jnno. Ber. Ala. Pa. ꝛ multi alij in. d. c. conſuluit ꝛ dicit Jo. an. i rſa pcām li. 6. q̄ cōiter hoc tenetur a doc. Cum. n. aliquis dat alicui mu

tuū ſcire dꝫ eē ſibi debitoꝛē ad antidota na
turaliter obligatū de teſta.c.cū in officijs .l.
ſed ⁊ ſi lege.§.ↄſuluit.ff.de peti.here.Addē
te hic ꝙ mutuans hac ſpe ſiue intentōe vt il
le ſibi remunuet alia vice nō ex vi mutui:ſed
ex accipientis caritate nō ē vſura ſm Alex.
in tertia pte ſūme ti.de ꝑcepto mutui. caret
tñ merito ſi principalr̄ pp hoc facit. Rodo.
Gof.⁊ Ho.vero tenēt ꝙ ē vſura.Sed veri
us dicit Alex.Et ꝑſan verū dicunt qñ dedu
citur ſimpliciter in pactū.Facit qd̄ infra di
cam.§.4.

2 Utrū mutuans ad captādū amorē ſit vſu
rarius ℞.ſʒ Tho.ſa ſe.q.78.ꝙ ñ .Limitat
hoc Jo.cal.in.c.fi.de vſu.verū:niſi ſpes vl
terius ꝓcedat:qꝛ ſi qs mutuaret pape vel i
peratoꝛi ⁊ huiuſmodi ad captandū beniuo
lentiā.vt poſt poſſet conſequi beneficiū vel
caſtrū aliqd̄ eſſet vſura.Hoc limito verum
qñ ex mutuo ſperaret:ſed qñ ex amoꝛe con
cepto erga ipm ex mutuo facio nō eſſʒ vſꝫ.
imo licite poſſet ſperare:qꝛ illud non ſperat
ex mutuo ſʒ ex amoꝛe ⁊ ꝙ liceat tʒ Tho.vbi
ſ.ar.2.in reſponſione tertij argumenti.

3 Utrū mutuare ad būda ea q̄ pecunia nō
menſurātur ſit vſura.℞.Tho.vbi.ſ.ꝙ non
ex quo pꝫ ꝙ lʒ ſperare rē cuius vſus inter
amicos ↄcedi ſolet ſicut comodat liber.Itē
iniurie remiſſionē ab illo q me iniuſte perſe
quebat cū multo meo dāno.c.dilectus el.i.
⁊.c.ad aures de ſimo.Secus eſſet ſi iuſte:
qꝛ nō liceret ſine vicio vſur mutuū dare ſub
tali ſpe.Et ſic intellige glo.i.c.qm̄ multi.14.
q.4.q̄ dicit ꝙ vſure pñt peti.vt dānū euitet.

4 Utrū liceat petere munus a lingua vel ab
obſequio pp mutuū.℞.ſm Tho.vbi.ſ.ꝙ ñ
qꝛ extimatur pecunia.vt pꝫ in illis q locant
ad hoc opas ſuas.Nec ob.ꝙ obligat ad an
tidota vt dictū ē.qꝛ vt dicit glo.i.d.c.ſi fene
raueris.nō pōt deduci in pactū.Rō ſm Ar
chi.ibidē:qꝛ antidotū ē debitū ſimplex:ſed
cū deducitur in pactū naſcitur obligatio ci
uilis qd̄ ē plus.Et iō plus exigitur . qd̄ pōt
extimari pecunia:⁊ ꝑpea eſſʒ vſura.Addit
tñ glo.ꝑdcā ꝙ ſi eguerit talis mutuās ꝙ po
terit ꝑ modū gratitudinis petere talia ſerui
cia.nō.ex neceſſitate vel ex lege:ſed ex grati
tudine ſine vſura.Ego tñ credo ꝙ qñ natu
ralis obligatio deducit tali mō in pactuʒ ꝙ
nō magis tenet q̄ʒ ex ipſa natura li obligatō
ne.vt puta.dicēdo.Ego mutuo tibi vt tu mu
tues poſtea mihi ſi indiguero.⁊ in hoc co-
mode facet poteris ꝙ nō ſit vſura.Qd̄ ēt
tʒ Ho.in ſū.qꝛ iſtud nō ē exigere plus q̄ʒ ve
lit natura ↄtus.Facit ad hoc.c.ſignificaſti

de elec.Secus eſſet qñ ſimpliciter deducer
tur in pactū vt ſibi remunuaret:qꝛ ſic eſſʒ vſu
ra.Et ſic intellige ⁊ limita ꝑdicta ⁊ Tho.
vbi.ſ.qui cum Archi. concoꝛdat.

Utrū dñi q mutuāt ruſticis vt eoꝝ poſſeſ 5
ſiones colāt ſint vſurarij.℞.ſm Grego.de
arimino i.q.d monte.ꝙ nō:ſimilud ↄcurrat
ſ.ꝙ alias ſatiſfaciet ipſi ruſtico de opibꝰ po
ſitis ad colendā poſſeſſionē ſm ꝙ iuſtū eſt.
Secus eſſet ſi ſubtraheret aliqd pp mutuuʒ
qꝛ vſura eſſet.Idē dicēdū ē de eo q ↄcedit
terminū vt trahat ēptoꝛes ad ſuā apothecā
vel ad ſuū molendinū vel ad ſcolas ⁊ huiꝰ
mōi.ſi nllū dānū icurrit.⁊ ita bñ ⁊ facile eī
ſatiſfit ab ipſis mutuantibus ſicut fieret ab
alijs ꝑ eandē rōnē.Et Jō cal.i.d.c.fi. ⁊ Jo.
an.in mercu.ſuꝑ regula peccati.⁊ Lau.de
redolfis floꝛentinus in ſa pte ↄtuū ſuoꝝ
q.38.⁊ Rodo.⁊ multi alij q tenēt ꝙ ſit vſu
ra debēt intelligi.qñ pp hoc magis grauan
tur:vel nō ita bñ ſatiſſit eis ab ipſis mutuan
tibus ſicut fieret ab alijs:vl qñ hoc deducit
in pactū ſimpliciter . Secus ſi mutuat vſqꝫ
quo vadat ad ſcolas.Nec ob.ꝙ efficit ma-
ioꝛis ↄcurſus ⁊ fame.qꝛ tale qd ſperare nō
facit vſurā.cū nō emat pecūia.Similiter ñ
ob.ꝙ aufert eis libertas īdirecte ex quo re
uocat mutuū:qꝛ nō ē vſꝫ.Nā cuʒ mutuans
poſſit tps ſui mutui limitare.l.vinū.ff.ſi cer.
pe.nō aufert eis libertatē ſi mutuat dōec va
dant ad eius ſcolas vel molēdina:ſed ꝑfigit
terminuʒ mutui ſui.Et ſic tene ſicut tʒ ēt.S.
Bernardinus in ſuis ↄtibus:aliter oīs mū
dus eſſet vſuraria cū nō poſſint hodie fū
di ſine mutuo locari colonis.

Utrū mutuās centū Johāni cū pacto ꝙ 6
det ſibi.50.in numeratis ⁊ alia.50.i debito
ribus vel in rebus puta.i pāno ⁊ huiuſmo
di:⁊ ipſe ꝓmittit ſibi ſoluere cētū in nūera
tis.quos debitoꝛes ⁊ res ſteriles nō accepiſ
ſet Johānes:niſi pp mutuū de.50.ſit vſura
rius.℞.ſm Lau.de redolfis in ſuis ↄtibꝰ
ꝙ ſit i fraudē.Et iō cū grauet Johānē noie
mutui erit vſura.Et ↄcoꝛ.Bal.⁊ Bar.in.l.
cū allegas.C.de vſuris.Idē dic cū rōe mu
tui aliqd vēdit debitoꝛi plus d̄bito ꝑtio.14.
q.3.ſi feneraueris.Idē dic qñ emitur minꝰ
iuſto ꝑcio pp anticipatōem ſolutōis ſecūdū
Tho.vbi.ſ.Qd̄ bñ nō.qꝛ multū practicatur
iſte contractus.

Utrū gerentes negocia ſtipēdiarioꝝ.ſ.re 7
cipiendo pagas eoꝝ ⁊ faciēdo alia obſequia
⁊ mutuādo eis in neceſſitatibus eoꝝ recipi
endo certū ſalariū ſint vſurarij.℞.Laur.in
ſuis ↄtibus ꝙ nō q̄tū ad id qd̄ ꝑcipiūt rō

ne laboꝝ:ſed q̄tū ad id qd̄ ꝑcipiunt rōne
mutui ſunt vſurarij.Idē dic de collectoꝛibꝰ
dñoꝝ q a cōitatibus aliqd accipiunt vt mi
nus cū eis agant expectādo:ꝙ licite accipi
unt ſi rōne laboꝝ ⁊ expēſarū accipiunt:ſʒ
ſi rōe expectatōis.ſic ē vſa.ↄcō.Tho.vbi.ſ.

8 Utrū ciuis q mutuat cōitati vt euitet colle
ctas ſit vſurarius.℞.Spe.ti.de vſu.tʒ ꝙ nō
qꝛ aliud ē de ſuo nō tribuere:⁊ aliud nō ca
pere.l.proculus.ff.de dā.infec.Et aliud nō
acquirere.aliud nō amittere.l.i.§.ſi his qui
bōa.ff.de colla.bo.Et aliud lucrū.aliud ſūp
tus quos erat facturus.l.cū filius.ff.de leg.
⁊ Aliud penā euadere.aliud aliqd lucratiue
ꝑcipere.ff.d vſu.l.imperatoꝛ Jo.an.⁊.do.
Anto.i.c.ↄſuluit.de vſu.limitāt dictū Spe.
qñ collecta eſſet icerta.⁊ ſic onus extraoꝛdi
nariū.Sed ſi eſſet certa ⁊ oꝛdinaria eēt vſu
ra.Rō.qꝛ idē ē remittere qd̄ dare.c.veniēs
el.i.de teſti.3.q.3.talia.l.qs ēt.ff.de calum.
Et hoc tene.

9 Utrū ille q mutuat decēʒ illi q ſibi debe
bat alia decē q̄ ſibi denegabat cū tali pacto
ꝙ ſatiſdet ſibi oppoꝛtune de.20.ſit vſurariꝰ
℞.ꝙ nō ſm Ho.in ſū.eo.ti.Et iō illud ver
bum qdcūqꝫ poſitum in diffinitiōe intelligi
tur qdcūqꝫ.ſ.ad lucrū vel ſuphabundātiā .
vel qdcunqꝫ extimabile pecunia qd̄ ſit plus
d.c.cōſuluit.⁊.14.q.3.per totum.

10 In qbus caſibus accipit vltra ſoꝛtē ſine
vſura.℞.ſm glo.⁊ doc.in.c.conqueſtus de
vſu.inuenio.2.caſus.

11 Primus qñ eccleſia l laicꝰ recipit a ſuo
vaſſallo feudū i pignꝰ.De q̄.ſ.Feudū.§.30

12 Secūdus qñ ēphiteota l vſufructuariꝰ pi
gnoꝛat dño l ꝓpetario.De q̄.ſ.Feudū.§.32

13 Tertius qñ qs retinet poſſeſſionē meam
poſſū i pignoꝛe accipiēdo fructus meos fa
cere ſine vſura:qꝛ recipio tñ meū.de vſu.c.
i.⁊.d.c.ↄqueſtus.Secus eēt in poſſeſſōe al
terius in pignoꝛe accepta:qꝛ vſura eēt faciē
do fructus ſuos.qꝛ reciperet vltra ſoꝛtē nō
ſuum.de pigno.c.illo.vos.

14 Quartus qñ ſine oī pacto ⁊ ſpe recipit
gratis oblatū.vñ.i.q.2.c.ſic.Nullā inqt tex.
obligatio ſuſcipiēti culpe maculā igerit q̄ ñ
ex abiecta petitōe ꝓcedit.Intellige qñ dās li
beraliter dat ſciēs ſe nō teneri:nec credens
creditoꝛē hoc exigere.⁊ recipiēs recipit li
beralr̄.vt.ſ.dcm̄ ē.Reſtō prio i vbo vſariꝰ.

15 Quintus qñ qd̄ recipit rōne itereſſe reci
pit.Et nō.ſm Pe.de Ancha.⁊.d.Anto.in
c.ſalubꝛiter.eo.ti.⁊ Pa.i.d.c.ↄqueſtus.ꝙ i
tereſſe ↄſiſtit nō ſolū in dāno hito:ſʒ i lucro
ceſſante:dūmō lucrū ceſſās eſſet i actu vl qi

in actu.hoc ē ꝙ ꝓbabiliter fuiſſet:qꝛ ſic dr̄
peti qd̄ aliquo mō ē.Secus eēt ſi ſolū eſſet i
poſſibilitate.qꝛ ſic dr̄ potius nō eē.hoc pꝫ ꝑ
l.ſi iactū ref.ff.d ac.ēp.⁊ vē.Ubi pꝫ:ꝙ lʒ ēp
tio q̄ fit de ſola ſpe.ꝓbabili qi in actu.⁊ idē
de ptu futuro.l.nec emptū.ff.de ↄhē.ēp.Se
cus eſſet de eo qd̄ ē ſolū in poſſibilitate.Ex
quo pꝫ qd dicendū de multis caſibus quos
inferā pro maioꝛi declaratione.

Quid de illo q nō ſoluit ex culpa ſua cre 16
ditoꝛi ſolito mercari in termino debito.℞.
ꝙ tñr ei ad lucrū ceſſās iudicio bonoꝝ mer
catoꝝ.Et iō talis creditoꝛ licite recipit vltra
ſoꝛtē.Idē dic de illo q volebat negotiari vl
poſſeſſionē emere ꝙ licite recipit vltra ſoꝛ
tē tñ q̄tū lucratus fuiſſet veriſimiliter l ha
buiſſet de fructibus poſſeſſionis aut alteriꝰ
rei dūmō.5.ↄcurrant.Primū ꝙ cōputet pi
cula ⁊ expenſas:qꝛ lucrū intelligit dedu c
tis expēſis ⁊ laboꝛibus ⁊ periculis.l.i.C.
de fruc.⁊ lit.expē.⁊.l.fructus.ff.ſo.ma.Se
cundū ꝙ nō ſit eius intētio lucrādi pꝛicipa
liter ꝑ hanc viā:ſed potius ꝑ mercantiā vel
ēptionē.Tertiū ꝙ nō ↄhat pactū ad ſemper
ſed ad aliqd tps.qꝛ aliter quo ad iudicium
humanū videret ꝙ poꝰ vellet lucrari iſto
mō q̄ʒ ꝑ aliā viā.Quartū ꝙ ille cui mutuat
nō ſit in tā arta neceſſitate ⁊ creditoꝛ in tali
opulentia ꝙ ei teneatur gratis mutuare.qd̄
qñ ſit vide.Eleia.§.i.Quintū ꝙ id qd̄ acci-
pit ſit vere intereſſe ſuū probabiliter ⁊ pro i
tereſſe accipiat aliter eſſet vſura.Idē dic ſʒ
Inno.⁊ Ray.de illo qui merces volens d
ferre ad aliū locū ꝙ licite plus accipit q̄tū
extimatur lucrum qd̄ habuiſſet ſi pꝛefata ↄ
currant.Sed Ho.dicit ꝙ hec opinio In-
no.⁊ Ray.multos duxit ad infernum Jo.
an.vero concoꝛdat dicendo ꝙ ſi ſtatim pꝛe
cium ſoluitur ceſſat ratō Ho.⁊ eſt vera opi
nio Inno.Si vero pꝛecium non ſtatim ſol
uitur.ſic non licet.⁊ Inno.intellexit.quādo
pꝛecium ſtatim ſoluitur.Et hanc diſtinctio
nem Jo.an.ſequuntur Jo .cal. Pe.de an
cha.⁊ Henricus boic.in.c.in ciuitate.de
vſu.⁊ Lan.de Ridol.in ſuis contractibus
Sed.do.Anto.i.d.c.in ciuitate.dicit ꝙ etiā
ſi pꝛecium non ſtatim ſoluitur ꝙ licet:quan
do pꝛobabiliter eſt certum ꝙ lucratus fuiſ
ſet.Et quod dicit Ho.⁊ Jo.an.Dicit ꝙ lo
quuntur pꝛeſumptiue.Sed quando certuʒ
eſt ꝙ nulla fraus interuenit licet:⁊ pꝛeſump
tio cedit veritati.Idē tenet Pa.ibidem.Et
ſic tene in conſciētia.Nec ob.dictum Tho.
vbi.ſ.qui dicit ꝙ non licet deducere in pac
tū id qd̄ de pecunia non lucratur:itelligitur

enim qn̄ p̄dicta nō ꝯcurrunt. vt pꝫ ex rōne ſua cū dicit. qꝛ nō dꝫ vēdere qđ nondū hꝫ ⁊ pōt multipliciter ipediri: qꝛ iſtis ꝯcurrentibus nō pōt ipediri aliter niſi ſic intelligeret ꝯdiceret ſibi ipſi ibidē vbi tꝫ licere deducer̄ in pactū recōpenſationeꝫ dāni p qđ ſubtrahitur ſibi aliqđ qđ dꝫ hēre ⁊ ꝯ id qđ expſſe tꝫ ſa ſe. q. 6: ar. 4. De quo infra. §. 77.

17 Quid de illo qui hn̄s ducentos tradit. c. Johāni pro ſuis neceſſitatibus expēdēdis cū pacto ꝙ tn̄ ſibi vltra ſortē reddat q̄ntū lucrabūtur alia. c. q̄ ponit in negociatiōeꝫ. R. Inno. ⁊ Jo. an. in. c. ſi. de vſu. tenēt eſſe vſurariū. Nō verū credo qn̄ nolebat ea i negociationē ponere: ſed ſi oēs ducētos volebat in negociationē ponere. ⁊ ad inſtantiā Johānis ſibi taliter dedit erit licitus ꝯtus: dūmō concurrant p̄dicta. S. precedentis. q.

18 Utrū ille q vēdit poſſeſſionē vel qd ſimile ⁊ tradit ēptori poſſit ſi emptor nō ſibi ſoluit in termino poſt terminū fructus poſſeſſionis ſuos facere ſine vſura. R. glo. in. d. c. cōqueſtus ꝙ pōt in pignus accipere trāſacto termino: ⁊ fructus ſuos facere ſm doc. Et in hoc caſu hꝫ actōeꝫ ex ꝯtu vel offō iudicis ad intereſſe ſm Ho. C. de ac. emp. ⁊ ven. l. 2. ⁊. ff. de ac. ēp. l. 2. Et ꝙ liceat hēs gl. in. l. 2. C. de vſu. ⁊ in. l. curabit. C. de ac. ēp. ⁊ ven. Et idē dic ſi qꝛ nō vult ſoluere pꝛ. ciū tradendo vult ⁊ ꝯuenit vt ſibi ſoluatur fictū ſeu penſio debita donec p̄ciuꝫ ſoluerit. tex. ē in. d. l. curabit. Et vide. ſ. Emptio. §. 5. Et ex his pꝫ ꝙ lucrū ceſſans licite exigit̄ ſine vſura. ⁊ pro hoc ē tex. i. l. 2. in ſi. ff. de eo qđ cer. lo. ⁊ in. d. l. curabit. Et facit qđ nō. in. l. Julianus. §. offerri. ff. de actio. ēp. ⁊ ven. Et qđ nō. Inno. in. c. ſacro de ſen. ex. ⁊ doc. i d. c. conqueſtus.

19 Reſpectu dāni emergētis tꝫ Tho. vbi. ſ. licere. Pro cuius declaratōe. Querit̄ vtrū fideiuſſor q pro defectu debitoris cōpulſus fuit accipere ſub vſuris vt ſolueret creditori. vel ſoluit vſuras ⁊ capitale creditori qꝛ iurauerat poſſit ipſas exigere a debitor̄. R. ꝙ ſic. ⁊ oīa dāna q̄ occaſione debiti habuit qꝛ ſeruari dꝫ indēnis de fideiuſ. c. 2. de ſo. ꝯ pe. c. ſi. li. 6. ff. de ac. ēp. ⁊ vē. l. ſi ſterilis. §. cū per venditorē. ff. manda. l. ſi mandato. §. ſi fideiuſſor. ff. de admi. tuto. l. 2. §. vltio. Et hˀ ē cōis opinio lꝫ Alanus ꝯdicat de vſuris ſolutis. Sed tu dic ſm eā diſtinctionē de qua hēs. ſ. fideiuſſor. §. 2.

20 Utrū liceat exiger̄ vſuras quas ſoluit ab eo q nō ſoluit in termino. R. ꝙ ſic ſi duo cōcurrāt. Primū ſi illi dixit ꝙ erat ei neceſſe accipere ſub vſuris. Secundū ſi nō poterat aliter iuenire mutuū niſi ſub vſuris ſꝫ Ale. de ales. Facit ꝓ hoc. c. qm̄. 14. q. 4. ⁊. c. ſi qſ de clericis. 12. q. 2. Poſſet ēt dici ꝙ ēt ſi mutuū potuiſſet inuenire gratis ꝙ nihilominꝰ poterit exigere vſuras ſolutas: qꝛ nō tenet̄ ſe alteri obligar̄. qđ faceret ſi mutuo acciperet gratis. Sed tn̄ primum eſt equius.

Utrū ille a quo emi lapides ligna ⁊ huiuſmodi. ex qbus nō pcipit̄ aliqs fructus teneat̄ mihi ſoluere vſuras quas ſolui vt ſibi ſatiſfacerē. ſi ipſe nō mihi tradidit p̄dicta in termino. ſed fuit in mora. R. ſm Bal. in. l. vſuras. C. de vſuris. ꝙ ſic tāꝗ̄ intereſſe. Facit tex. nō. in. l. lucius titius ſm vnā lecturā ff. de ēp. ⁊ vē. Idē tꝫ Inno. dicendū eſſe in ſimilibus ꝯtibus: puta. locatōibus vēditionibus ⁊ huiuſmōi. Cōcor. Lau. de Ridol. in ſuis ꝯtibus. Sed Salicetus in. d. l. vſras reprobat Bal. dicens ꝙ intereſſe vſuraruꝫ quas ſoluit nō dꝫ iputari debitori an̄ morā. Sed tu tene primā opinionē qn̄ accepit ſub vſuris taliter ꝙ alio mō n̄ accepiſſet niſi ꝓꝑ cōplacentiā vel vtilitatē quā ꝯſecutꝰ erat ex tali ēptione. Et iō cū talis ex falſa ꝓmiſſōne priuauerit eū tali vtilitate vel cōplacētia quā plus: vel tm̄ extiabat q̄ꝫtū intereſſe vſurarū. Jō talis ei tenet̄. Et ſic concorda. 21

Utrū recipiēs denarios ſub vſuris q poſtea auctoritate ꝓpria alicui amico ſuo ſub eadē vſura mutuat ſit vſurariꝰ. R. Monaldus tꝫ ꝙ ſic. Sed Jo. Cal. in repetitōe. c. ſi. de vſuris diſtinguit. ꝙ aut facit vt vſurario ſatiſfaciat ⁊ ſe indēnē pſeruet. Et ſic lꝫ qꝛ n̄ ſit ſtiplo vſurarū: ſꝫ vt euitet dānū ꝙ lꝫ. vt i c. ſi qs oblitꝰ. 14. q. 4. qm̄ n̄ tenet̄ cū ſuo dāno alteri ſubuenire. ff. de pſcrip. v̄. l. q ſeruādarū in principio. Aut facit alio reſpectu q̄ꝫ vt ſe ſeruet idēnē. Et ſic nō lꝫ. ⁊ eſſet vā opinio Monal. puta. qꝛ lꝫ n̄ mutuaſſet amico nō ꝓꝑea volebat ſoluere vſurario. Concor. Pe. de aucha. poſt Jo. an. in. c. i. co. li. 6. 22

Utrū ille q occaſōe mutui labores ſubijt vel dāna poſſit in recōpenſationē facer̄ fructus pignoris ſuos ſine vſura. R. Ho. i ſū. ꝙ ſic de re. ec. n̄ alie. c. ad nr̄am. vel ēt aliqd pro labore licite pcipit vltra ſortē ſm eundē ibidem. 23

Utrū liceat mutuare ſub vſuris illi q vſurpat mea q̄ aliter nō poſſū hēre donec ſim ſatiſfactus. R. ſm Ale. lōbar. ꝙ ſic: qꝛ nō recipio alienū ſꝫ meū. Facit. c. ab illo. 14. q. 4. ⁊. c. i. ⁊. 2. de vſu. Quod limitat tamen: niſi ſcandalum ſibi imineret vel alij: quia tunc non liceret. 24

25 Utrū gener q accipit i pignus certas poſſeſſiōes a ſocero ꝓ dote nō ſoluta faciat fructus ſuos. R. ꝙ ſic. tex. ē i. c. ſalubrit̄ d̄ vſu. Nō itellige. ſi prio ꝯcurrat. ꝙ ſuſtineat onera mr̄imonij. vt i. ſi. d. c. ſalubrit̄. ⁊. l. pr̄ in pri. ff. de doli. excep. Scđo ꝙ dos ſit ꝓmiſſa ſip ſr. Nā ſi dediſſet terminū de dote ſoluēda nihil poſſet recipe: qꝛ an̄ morā nihil debet̄ ⁊ potuit vxorē accipe ſine dote. Dicat ergo gener. Ego ſuſtineo onera mr̄imonij: ſ ducēdo ſuſtinebo: da dotē. Et ſi ſocer n̄ pōt. dicat ei. ſuſtine onera mr̄imonij dādo mihi poſſeſſionē i pignus. vt ex fructibꝰ ſuſtineā. Dicit ēt Pa. in. d. c. ſalubriter ꝙ ſi gener accepit pignus ⁊ poſtea dedit terminū ſocero de ſoluēda dote ꝙ nihilominus poterit bona ꝯſcia tenē fructꝰ pignoris. Nō vez credo qn̄ dedit terminū ad redimēdū pignꝰ. alr̄ nō. Tertio ꝙ fructꝰ n̄ excedāt onera. qꝛ cā ceſſāte ceſſat effectus de apel. cū ceſſāte. Et cōit̄ onera extiant̄ ſm q̄ꝫtitatē dotis. Nā mulier ſm q̄ꝫtitatē dotꝭ eſt alimētāda. l. ſi cū dotē. §. ſin aūt. ff. ſolu. ma. ⁊. c. ꝑ vſras. de dona. int̄ vi. ⁊ vx. Quarto ſm Jo. an. do. Anto. ⁊ Jo. d̄ ligna. in. d. c. ſalubrit̄. ⁊ Laur. de ridol. i ſuis ꝯtibꝰ. oꝫ ꝙ fructus ſubiciātur fortune. Un̄ ſm eos n̄ liceret genero recipe cautōeꝫ ꝰ ꝓmiſſioneꝫ cū pacto. ꝙ interi ꝙ dos non ſoluat̄ ꝓ oneribus det̄ ſibi certa q̄ꝫtitas ānuati. Cōtrariū. ſ. ꝙ certa q̄ꝫtitas recipiatur licite tꝫ Paulus de elea. Jo. cal. Pe de anch. ⁊ Pa. in d. c. ſalubriter. Et ē verꝰ cū ſit eadē rō. ſ. ꝓꝑ itereſſe dāni emergētꝭ. Limito. tn̄ p̄dicta vera: qn̄ gener ſi dotē hēret ponēret eā i poſſeſſionē ꝰ i negotiationē ex qbus ꝓbabilr̄ tm̄ hēret: alr̄ nō. cū nullū patiatur intereſſe.

26 Utrū mutuās ſūmā pecunie debitā pro dote genero p̄fato. ⁊ recipiēs ab eodē poſſeſſionē quā ipſe i pignꝰ hꝫ a ſocero ꝓ dote faciat fructus ſuos ſine vſura ſicut gener facit. R. Bal. i R̄ica. C. de vſu. ꝙ nō. Rō. qꝛ mutatōe pſone mutat̄ priuilegiū q̄n̄ ēs pſona ē imediata cā priuilegij. l. i. C. de ipo. lucra. de ſcrip. ⁊. l. locatio. al̄ icipit licitacio. §. ſi. ff. de publica. Sꝫ hec nō ē rō. qꝛ iſtud n̄ ē priuilegiū ꝓꝑ dotē: ſed ius cōe ꝓꝑ itereſſe Jō cū iſte mutuans nō ꝓꝑ itereſſe. ſꝫ ꝓꝑ lucrum accipiat fructus ex mutuo erit vſurarius. dicit tn̄ Rodo. ꝙ ſi mutuaſſet liberalr̄ ⁊ gener ſibi ſilr̄ liberalr̄ trāſſerēt totū ius qđ hꝫ i poſſeſſiōe p̄fata: licite faceret fructꝰ ſuos: qꝛ eos non reciperet rōe mutui. ſed rōe liberalis donationis.

27 Utꝝ emēs a genero ius p̄fate poſſeſſiōis faciat fructus ſuos. R. ꝙ ſic. nec ibi pōt eſſe vſra: niſi fingeret emere cū itendat mutuar̄. Facit ꝓ hoc qđ dicam. j. §. 66.

Utꝝ heredes mariti ſine vſura ſilr̄ faciāt fructus ſuos. R. ſm Jo. an. ⁊ Pa. in. d. c. ſalubriter: ꝙ nō. qꝛ rō ē diuerſa. Nā hr̄des ſtati poſſunt ſe expedire reddēdo illi pignꝰ qđ n̄ pōt maritus. de iurein. ita nos el. 2. 28

Utꝝ relicta cui heredes obligant p̄ſatam poſſeſſōeꝫ faciat fructꝰ ſuos. R. Inn. ⁊ Ho. Ber. ⁊. d. Anto. in. d. c. ſalubriter: tenēt ꝙ n̄: ſed ꝯputabunt̄ in ſortem. Facit. l. titia. ff. de ſolu. Sit ergo cauta ⁊ faciat poſſeſſiōeꝫ vēdi vel inſolutū ſibi dari. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Sed ego credo ꝯ riū. ſi n̄ hꝫ aliunde. vnde viuat ꝙ facit ſuos fructus licite. Et ēt teneo ꝙ pōt reciper̄ certū quid ānuatim ab heredibus donec ſibi reſtituant dotē. vt. ſ. dixi Dos. §. 28. 29

Ex p̄fatis pꝫ ꝙ rōne intereſſe vel lucri ceſſantis vel dāni emergentis aliqd accipe vltra ſortē nō ē vſura. Sꝫ aduertēduꝫ ē ꝙ qn̄ itereſſe euenit rōe lucri ceſſantis. ſiue ex abſentia vel deſtructiōe rei alterius extiatio n̄ dꝫ deduci i ifinitū. ſed vbi res pricipalis eſt extiatio nō dꝫ excedere duplū rei pricipal̄. ſed cōem extiatōeꝫ ipſius rei. Ubi v̄o res nō hꝫ cōem extimatōeꝫ: qꝛ alia nō ē que cōiter vendat̄. vel. vbi res ē icerta. vt v̄bi grā. captura piſciū. de qua in. l. ſi iactū. ff. d̄ ac. emp. ⁊ ven. tūc extiatio ſiet arbitrio boni viri: lꝫ excedat duplum: adeo tn̄ ꝙ i imēſum nō excedat. vt. l. i. C. de ſen. q̄ pro eo ꝙ iter. ꝓfer. Qn̄ v̄o intereſſe euenit rōe dāni emēgētis. ſi hoc euenit rōe ōmiſſiōis ſolū ꝯſideratur intereſſe ſolū intrinſecū. vt. ff. de ac. emp. ⁊ ven. l. ſi ſterilis. §. cū ꝑ venditorē. Exēplum frumētū nō ē datum emptori i termino. ſolū ꝯſiderabitur illud qđ plus valuit. qđ ē itereſſe intrinſecum non ꝙ aialia mortua ſint. qđ ē extrinſecum intereſſe. Si aūt intereſſe euenit rōe ꝯmiſſionis. ſic tenet̄ de extriſeco dāno. Exēplum promiſiſti mihi dare frumētum in tali termino. ⁊ ꝓꝑea non prouidi mihi aliter. Et ex quo tu nō dediſti non potui ꝓuidere. ex quo aialia mortua ſunt ſic teneris ꝑ ōmiſſionē ⁊ ꝯmiſſionē. i. falſam ꝓmiſſionē ſaltē in ꝯſcia. Nō intelligo qn̄ aliter ſibi prouidiſſet: ſi non fuiſſet tali ꝓmiſſione fraudatus. Aliud exēplū. Dedit quis tignū violatum ſcienter nec aliquid dixit ementi tenebitur ēt de ruina domus: ⁊ de penſiōe ſoluta. qđ ē intereſſe extrinſecuꝫ. vt. l. Julianus. in p̄n. ff. de ac. emp. ⁊ ven. Non tn̄ in infinitū. Un̄ n̄ veniet penſio domus per lō 30

q̄ú tp̄us:ſed videtur ꝙ veniat ſolū pria pen
ſio.ar.l.ī hoc iudiciū.⁊.l.neratius.ff.ď ſer
uo corrupto.vbi corruptor ſerui tenetur n̄
ſolum de ſeruo: ſed dē oībus rebus quas
aſportauit tunc fugiens.non aūt de alijs q̄
poſtea ſucceſſiue furatus ē.
31 Sextus cāus in quo licite vltra ſortē exi
gitur ē qn̄ id qď capitur fit rōe pene. Aduē
te tn̄ ſm Sco.in.4.di.15.q.2.ar.2.ꝙ ſi credi
tor malet debitorē potius icurrere penaʒ.
ꝗ̄ i termino ſibi ſoluere eſſet vſura.Silr̄ ꝓ
ſumit̄ vſura ſuper pēa apposita mutuo qn̄
excedit intereſſe.de quo dic vt.ſ̄.Pena.§.
11.Item ꝓſumit̄ in fraudē vſuraꝝ quando
apponēs penaʒ ē ꝯſuetus fenerari.l.Julia
nus.§.idem.ff.de ac.emp.⁊ ven.extra de
pigno.illo vos.ff.de pigno.ac.l.vel vniuer
ſoꝝ.Itē qn̄ ꝑ ſingulos menſes vel annos
dꝫ ꝯmitti.aūt.ad hec.C.de vſu.ſumpta de
corpore.aūt.vt nullus mutua agri.In iudi
cio tn̄ aīe ſi appōat̄ ſolū vt ille ſoluat in ter
mino.qꝛ de pecunia intendit aliud facere
tē ⁊ magis cupit ꝙ ſoluat ꝗ̄ penā ꝯmittat
⁊ veriſilr̄ credidit penā non incurrere qn̄
appoſuit poterit exigere ſine vſura etiaʒ ſi
excedat intereſſe ſm Rodo.qꝛ intereſt pu
blice vtilitati vt pacta ſeruēt̄. Si vero pōi
tur i fraudē vſuraꝝ vel qn̄ appoſuit veriſi
militer credidit penā incurſuꝝ: aut magis
cupit incurrere penā ꝗ̄ ſoluere.vſurarius
erit.12.q.2.ſrnitas.⁊.c.in legibus.de arbi.c.
dilecti.⁊ qď ibi nō.Item aduerte ꝙ qn̄ nō
ſoluit in termino ꝓꝑ ipotētiā vel ꝓꝑ nō cul
pam ſuā.ꝙ pena nō pōt exigi ſine vſura.qꝛ
vbi non ē culpa.nō dꝫ eſſe pena.l.ſancim⁹
C.de penis.Ergo exigeret̄ rōne excreſcen
tie q̄ facit vſurā.d.c.ſi feneraueris.Iteʒ qn̄
ꝑtē ſoluit nō pōt tanta pēa exigi qn̄ obliga
tio ē diuidua.ď q̄ dic vt.ſ̄.Pēa.§.13.⁊.14.
32 Quid de ſtatuto vel ꝯſuetudine qua ordi
nat̄ vt miſſus in poſſeſſionē lucret̄ fructus
ad rōnem quinqꝫ ꝓ centenario donec ſibi
fuerit ſatiſfactū vl' ꝙ ſibi det̄ inſolutū id qď
valet quinqꝫ ꝓ tribus.R̄.Bal.in.l.accep
tam.C.de vſu.q.19.⁊ Jo.de Jmo.in.l.ſi fi
nita.§.ſi plures.ff.de dam.infec.ꝙ licite ſi
ne vſura illud accipit:qꝛ illos lucrat̄ rōe in
tereſſe.⁊ dicit notari i glo.ſup.§.ſi vō i aūt.
de exhi.re.q̄ ſingularis ē ſꝫ eū. Bar.vero
in.l.ſi finita.§.Julianus.ff.de dam.infec.⁊
Jo.de anania.i.c.ſalubriter.ď.vſu.⁊ Lan.
de Ridol.dicunt ꝙ talis ꝯſuetudo vel ſtatu
tum ē ꝯ̄ ius diuinū ⁊ in fraudē vſuraꝝ. Sꝫ
ego dico ꝙ ſi tale ſtatutū vel ꝯſuetudo ema
nauit i penā vt debitores attentius ad ſatiſfa
ciēn̄.⁊ debitor ex culpa ſua n̄ ſatiſfecit ꝙ ve
ra ē opinio Bal:dūmodo ꝯcurrat recta in
tentio vt.ſ̄.dixi in precedēti.q.nec mirū cū
auctoritas pretoris ꝓꝑ iniuriā ꝯtumaciaʒ h̄
facere poſſit.l.ſulcinius.§.ſi.ff.ex qui.cau.i
poſ.eat.Si vero ſit in fraudeʒ ⁊ mutuās po
tius velit incurrere penam debitorem ⁊ h⁹
modi.ſic vera ē opinio Bar.⁊ erit vſura.
Opꝫ ergo ad h̄ vt liceat ꝙ iuſte ſit miſſus
in poſſeſſionē nō tn̄ ex ordine: ſed ēt ex cā
hoc ē ꝙ in veritate ſit creditor:⁊ ꝓꝑ intereſ
ſe illud plus accipit.puta: qꝛ potius vellet
ſua.puta cētum ꝗ̄ donum que valet cētuʒ
20.aliter illud plus teneret̄ reſtituere vt dici
mus de pignore in.l.ſi.§.ſin autem biēniuʒ
C.de iur.do.impe.vel ad puniēn̄ ꝯtumaciā
debitoris ſuper habundantiam predictam
accipiat:puta qꝛ ille contumaciter nō vult
ſoluere.
33 Septimus rōne dubij recipit̄ vltra ſortē
ſine vſura.de quo in.c.in ciuitate.⁊ in.c.na
uiganti.de vſu.puta emens rē pro minori ꝓ
cio ꝗ̄ valeat tempore emptōis recepturus
eam tp̄re quo veriſimiliter plus vel minus
valere pōt nō erit vſura.ſi cāus acciderit ꝙ
plus valeret.qꝛ ſecūdum glo.in.c.nauigan
ti.de vſu.tam emptor ꝗ̄ venditor equaliter
comodum vel icomodum ex dilatōe expec
tat.Exemplū emit quis frumentum tēpore
madij vel oleum ⁊ huiuſmodi in quo vna
menſura valet vnum ducatum pro vno flo
reno recepturus ipꝫ tp̄re auguſti.ſi ē frumē
tum vel tp̄re natiuitatis ſi ē oleum.in quo tē
pore veriſilr̄ pōt valere tantum minus de
vno floreno q̄ntuʒ plus. non erit vſura:licꝫ
valeat plus.Eſſet bene vſura ſi tali precio e
meret q̄ veriſimiliter minus valere nō pōt
vel quid modicū.ſed bene multū plus.Vň
aduerte pro iſtis qui emunt oleum tali pre
cio q̄ paꝝ minus pōt valere.ſed bene mul
tum plus.qꝛ vſurarij ſunt.Aduerte ēt hic ꝙ
ſi ille qui emit rem recepturus alio tp̄re eā:
credebat eā plus valere.q̄uis iudicio cōi
veriſimiliter ſit plus vl' minus valitura erit
vſurarius minus emēdo ꝓꝑ ꝯuentiōeʒ ſolu
tionis ſm Juno.⁊.d.Anto.in.d.c.in ciuita
te:q̄uis nō teneat̄ ad reſtitutiōem.ſi veriſilr̄
plus vel minus erat valitura.licet ipſe nō ſic
crederet. Silr̄ dic de illo qui vendit frumē
tum uel oleum ⁊ huiuſmodi pluſq̄ valeat
tp̄re contractus.vt precium recipiat tēpore
quo veriſimiliter pōt plus vel minus valē.
ſi ātea n̄ erat venditurus ꝙ licet. Vn̄ clari⁹
Sco.in.4.di.15.dicit.Aut vendens frumen
tum tēpore natiuitatis ponit ꝓciū qď tūc valꝫ
ꝗ̄ expectat vſqꝫ ad madiū ſolutōem. Et ſic
miſericordiā facit. Aut ponit maius ꝓciuʒ
ꝗ̄ tūc valeat.Et tunc diſtingue.ſi erat vēdi
turus i natiuitate ſic erit vſura. ſi vero non
erat venditurus.ſꝫ volebat ſeruare vſqꝫ ad
madiū:⁊ ſolū ꝓꝑ iſtantiā requirētis vēdit:
tūc ſi pōit preciū.tale tn̄.ꝙ veriſilr̄ i madio
pōt plus valere vel minus nō erit vſura.ꝑ
d.c.nauiganti.Si vero ponat tale ꝓciuʒ.ꝙ
ponat ſe in tuto vt in pluribus.⁊ illuʒ cum
quo ꝯ̄bit i ꝑiculo vt i pluribus. puta qꝛ ra
ro pōt plus valere.ſed minus ſic cōiter.ſic
ē vſura.Et i hoc ꝯcordāt cōiter canoniſte i
dictis.c.i ciuitate ⁊.c.ꝯſuluit.⁊.c.nauigāti.
34 Sed qd̄ ſi n̄ ponit ꝓciū.ſꝫ vēdit cuʒ pac
to ꝙ q̄ntū valebit i madio tm̄ vlt.R̄.ꝙ ſi vt
dixi erat ſeruaturus.lꝫ. Si vero n̄ erat ſua
turus erit vſura.Aduerte tn̄ ꝙ cū oleum vi
nū ⁊ frumentū ⁊ h⁹mōi decreſcit.illď qď
decreſcit n̄ poterit ſine vſura vēdere.Item
ſi neceſſario ꝓ eius ꝯſeruatōe vſqꝫ ad illď
tp̄s hēret aliquas expēſas facere.puta pul
uerizatōis aut locatōis vaſoꝝ ſeu dom⁹ ⁊
h⁹mōi ſi ipſas n̄ detraheret eſſꝫ vſura.Et ꝓꝑ
terea dico ꝙ ꝯfeſſor dꝫ multū pōderare pre
fata:ne ſil'ruat cū ipis. Et iō.c.i ciuitate ꝓ
ſanū merito dicit ꝯſulte hoīes facerent.ſi a
tali ꝯ̄ctu ceſſarēt:cū cogitatōes hoīum neq̄
ant oīpotēti deo occultari. Rō:qꝛ tales ma
gis ſunt ꝯtenti ita expedit̄ ꝗ̄ ꝑiculo ſuo vſ
qꝫ ad illud tp̄s ſeruare.Et ēt vt plurimū ſūt
incerti ſi erant ſeruaturi vſqꝫ ad illud tp̄us
cū videamus ꝓꝑ quedā emergētia ꝓpoſitū
ſepi⁹ mutare.Et ꝓꝑea ē ꝑiculoſius ꝯ̄ct⁹:niſi
bn̄ clauſulet̄.Et magis dubius ē cāus qn̄ n̄
pōit ꝓciū tūc.ſꝫ vult q̄ntū valebit i pricipio
madij vl' i medio aut i fine.cū certū ſit ꝙ to
tū ſi hꝫ multitudieʒ n̄ potuiſſet ita ꝓfixe i pri.
vēdere:vel i vno die:⁊ cōiter mutet̄ preciū.
Si tn̄ vellet tm̄ q̄ntū valuit plus in madio.
Sic eſſet vſura aperta. Si vō ſimplr̄ dixit
q̄ntū valebit i madio.ſic ſm iudiciū huma
nū attēdet̄ medio critas.vt n̄ pl⁹ vel min⁹ ca
piat̄.ſꝫ mediū ar.i aūt.ď ꝯſulibus.§.qm̄ ēt
nos.ſꝫ tn̄ ꝑiculoſū ē.cū forte vēditurus fuiſ
ſet i illo tp̄re quo minus valuit i illo mēſe.
35 Utrū emens reddit⁹ alicui⁹ ciuitatis ex guer
ra āguſtiate ꝓ vili precio.⁊ demū facta pa
ce lucrat̄.x.ꝓ vno ſit vſurari⁹.R̄.ꝙ n̄ rōne
dubij.l.cū hr̄ditate.⁊.l.ſe.ff.de hr̄.⁊ ac.vē.
ſꝫ Ho.⁊ Archi.ꝯſulūt tn̄ vt idē largas fa
ciat elemoſynas.
36 Utrū mutuās rē cū pacto ꝙ eadē res i pō
dere nūero ⁊ mēſura ſibi reſtituatur ſit vſu
rarius.exēplū.puta pecūiā ꝓ pecūia. mar
chā argēti ꝓ alia marcha argēti.granū ꝓ
grano.vinū ꝓ vino ⁊ h⁹mōi.R̄.ſm Pe.ď
Anch.in.c.vſuraꝝ.de vſu.li.6.⁊ Jo.cal.i
d.c.ſi.⁊ Rodo.ꝙ aut veriſilr̄ dubitat̄ ꝙ tē
pore ſolutōis tm̄ minus pōt valere q̄ntum
plus:aut ꝙ n̄ plus valebit. Et ſic non ē vſu
ra nec ꝑctm̄.vt i.d.c.ſi.qꝛ ſicut creditor tene
ret̄ eā recipe ſi vilior eēt facta quo ad exti
matōem.vt pꝫ in.l.vinū.ff.ſi cer.pe.⁊ nō.
glo.i.l.ſi qs cleric⁹.14.q.4.qꝛ n̄ eſt neceſſe ſit
eiuſdē extiatōis:lꝫ debeat reſtitui eiuſdē bo
nitat̄ q̄litate itriſeca.Jō n̄ peccabit recipien
do ꝓcioſiorē quo ad extiatōeʒ.Aut veriſile
ē ꝙ erit ꝓcioſior tp̄re ſolutōis. Et tūc ſi cre
ditor erat ſuatur⁹:⁊ n̄ aufert libertatē debi
tori liberādi ſe qn̄ velit iſra tminū:ſic lꝫ.Si
vō n̄ erat ſuatur⁹:ſꝫ iteri ꝯſūptur⁹ ſic ē vſa.
Silr̄ qn̄ auferret libertatē dbitori liberādi
iſra tminū q̄uis eēt ſuatur⁹ erit vſa.Et his
ꝯcor.Archi.i.d.c.ſi qs cleric⁹.Dicit̄ tn̄ Rod.
ꝙ qn̄ erat ſuatur⁹ ⁊ n̄ abſtulit libertatē dbi
tori liberādi ſe:q̄uis iō crediderit.vt ſe pe
riculo exoneraret.⁊ ꝑximū ꝑiculo ſbmit
teret n̄ tn̄ ꝓꝑea teneret̄ ad reſtitutōeʒ lucri ď
neceſſitate.lꝫ peccauerit ⁊ i pnīa vt reſtituat
ſit ei ꝯſulēn̄. Lau.tn̄ ď Ridol.i ſuis ꝯ̄ctib⁹
tꝫ idiſtīcte.ꝙ ille q mutuat ꝓ xiō ducatū qui
mō valet q̄tuor libras.ſi poſtea recipiat qui
qꝫ libr.vt valet tp̄re reſtitutiōis ꝙ hoc licite
facit.ſiue erat ſeruaturus ſiue nō. Sꝫ opīo
Ancha.ē equior ⁊ tutior.
37 Octau⁹ cāus i quo recipit̄ vltra ſortē ſine
vſura ē rōne ꝑiculi.ꝓ qď ſupbabūdātia pōt
recōpēſari ſꝫ Alex.lō.Res ei ex ꝑiculū exi
ſtētes plus valēt ꝗ̄ res eiuſdē ſpēi i ꝑiculo.
Et ſic hec recōpēſatio reducit̄ ad nām rei
que ꝓꝑ ꝑiculū extiat̄ pl⁹ vel minus valere.
Et ſic excuſat ab vſura.Et i hoc ꝯcor.Lau.
de ridol.Mōal.Mgr̄ Frā.ď ēpoli.Pe.
ď ancha.Car.Jo.ď ana.i.d.c.nauiganti.⁊
cōiter oēs.Et ē cāus i.l.naue.ff.loca.⁊ hoc
patebit ex ſeq̄ntibus dubijs clari⁹.
38 Utrū mutuās pecuniā nauigaturo cū tali
pacto.ꝙ ſi nauis cū capitali ꝑiclitetur nihil
ſibi teneat̄.Si vero res emptas portauerit
ſaluas teneat̄ ſibi pecuniā mutuataʒ cū par
te lucri tradere ſit vſurarius.R̄.ꝙ ſic.cāus
ē in.d.c.nauiganti.Et aduerte ꝙ doc.diuer
ſimode iſtū textuʒ exponunt quare ē vſura
in iſto cāu.tu tamen tene ꝙ ratio ē:quia ta
lis mutuans non vult mutuare:niſi cuʒ tali
pacto ſuſceptionis periculi. Et propterea
grauat dbitorē i aliqd plus ex mutuo.Et iō
vſura eſt. Si autem quis liberaliter mutua

ret.Deinde poſt mutuū ad inſtantiā debito
ris ſuſciperet in ſe ꝑiculū qđ dr̄ aſſecuratio
licite poſſet aliqđ lucri ſuſcipere ſine vſura,
Et rō diuerſitatis ē.qꝛ recepitū in p̄mo caſu
vltra ſortē directe ꝯcernit mutuū in quo oīs
ſupabūdantia ꝓhibet̄.lu.6.14.q.3.c.2.Sꝫ
in ſcđo caſu nō ſic:qꝛ nō ꝑꝑ mutuū ſed ꝑꝑ fac
tū.ſ.ſecuritatē. vn̄ ē ꝯctus innoiatus iſte ſcđs
vltra mutuū.Jtē qꝛ accipere aliqđ pro aſſe
curatōe lꝫ ſm oēs.Ergo mutuū qđ pri⁹ gs
fecit nō facit eū peioꝛis conditionis.Et iō te
ne ꝙ ſiue mutuū dederit ſiue non pōt licite
aliqđ recipere.qn̄ periculū alicuius rei i ſe
ſuſcipit:nō ꝑꝑ mutuū ſed ad inſtantiā debi
toris.Si vero ꝑꝑ mutuū cogeret debitorēꝫ
vt periculū ei daret cā alicuius lucri ſic eēt
vſura.Et ſic loquitur.d.c.ſi.Et h̄ electio a dn̄o
Lau.de Ridol.i ſuis ꝯctibus .Et hoc locū
hꝫ nedū in ſuſceptione periculi maris.ſꝫ ēt
cuiuſcūqꝫ ſm magiſtrū Fran.de anipul.
39 Utrū accipientes aliqđ pro ſaluo ꝯducto
licite accipiant.℞.ꝙ ſic ſi duo ꝯcurrāt. Pri
mū ꝙ ipſe nō teneat̄ tenere ſtratas vel viam
ſecurā.Secundū ꝙ obſeruet qđ promiſit.
Sed ſi ipſe forte eēt cā talis periculi iniuſte
vel nō ſeruaret ꝓmiſſū teneret̄ reſtituere qđ
accepit. τ vltra de oī dāno ſatiſfacere.
40 Quid de pactis q̄ fiūt inter aliquos cōtē
dētes.ſ.ꝙ tale qđ erit vel talis fecit tale qđ ſ
fuit alius τ ponūt.x.℞.ꝙ ſi in huiuſmodi n̄
inducit̄ aliqđ turpe.puta votum captande
mortis ſicut i illis q ponūt ꝙ ſi talis mortu⁹
ē vel morietur infra ānū.ſic erit vanū. Si vō
tale turpe inducitur.ſic erit turpe. τ tenebit̄
de bono conſilio dare lucratū pauperibus.
41 Utrū.A.q fideiubet pro.B.C.a quo. C.
B.pecuniā mutuo accepit cū pacto ꝙ vult
duos florenos pro cētenario fideiuſſionis
ſit vſurarius dic.vt.ſ̄.Fideiuſſor.§.20.
42 Utrū mutuans pecuniā Johāni vſqꝫ ad
x.ānos cū pacto ꝙ ſi infra decēniū mortu⁹
fuerit alter eorū debitor ſit liber.Si vero ſi
peruixerint ābo dabit ſibi aliqđ vltra ſortē
ſit vſurarius.℞.ſm Alex.lō.ꝙ ſic.Rō :quia
periculū nō excuſat vbi cā ipis non proprij
aliquid plus accipit̄:ſed vbi n̄ cā tpis tūc pe
riculū excuſat.Uel dic ꝙ iō eſt vſurarius qꝛ
ex mutuo exigit obligatōem alicuius vltra
ſortē lꝫ ſub periculo.d.c.ſi.de vſu.
43 Utrū ciuis qui mutuat cōitati.70.ducatoſ
q̄ cōitas hꝫ ex ſtatuto ꝙ quicunqꝫ hn̄s filiā
vnius āni.70.dederit habeat quingētos ꝓ
ipſa maritāda ſi vixerit vſqꝫ ad.15.annū.Si
vero an̄ prefatū tp̄s mortua fuerit totū amit
tat ſit vſurarius.℞.ꝙ ſic:qꝛ in mutuis veris

vel interpretatis ſpe lucri principaliter facꝫ
periculū vel dubiū nō excuſat a fenore.d.c.
ſi.Nec ob.dictū Ri.in.4.di.15.ar.5.q.5.qđ
vult ꝙ qn̄ capitale τ lucrū ſtat ad periculū
mutuantis licite recipiat̄ vltra ſortē.qꝛ illud
ē verū qn̄ periculū euenit ex natura rei qui
allegat.d.c.ſi.ſed in caſu iſto ē periculū ex
lapſu tpis.Et iō ꝯctus illicitus τ vſurarius.
Quid de illis q dant eccleſijs pecuniā vt 44
recipiant ab eis certas poſſeſſiones tenēdaſ
toto tp̄e vite ipſorū. τ poſt mortē debeāt re
dire ad eccleſias.℞.Ho.lꝫ ꝙ lꝫ.Et hoc rōe
periculi ſeu incertitudinis.allegat.l.1.C.de
pac.τ.l.1.ff.de cōdi. τ demon.niſi habeant
prauā intētionē.Goſ.lꝫ ꝙ ē ꝯctus vſurari⁹
qn̄ datur pecunia.Secus qn̄ daret vnā poſ
ſeſſionē eccleſie τ reciperet equiualētē vſu
rus τ fruiturus vtraqꝫ in vita ſua vt p⁹ mor
tē eius ad eccleſiā ambe cū pleno dn̄io reū
tātur.qꝛ ſic lꝫ recipere i duplo valentē plus
q̄ ſua quā cōfert.Similiter ſi ſuā ex nūc vo
luerit in eccleſiā transferre olo vt ipſe ea nō
vtat̄ ſeu fruatur poterit licite ab eccleſia reci
pere poſſeſſionē valentē in triplo.vt.10.q.2.
ꝓcarie.Ego vero dico ꝙ ēt qn̄ datur pecu
nia ꝙ lꝫ dūmō ſeruetur equalitas iuris nā
lis ſm Ri.in.2.quol.q.23.ar.3.qꝛ talis cōtra
ctus nō ē ꝯctus mutui veri vel apparētis:ſꝫ
potius ē ꝯctus inominatus q magis aſſimi
latur ꝯctui ēptionis τ vēditionis.Et iō ſi dꝫ
licere dꝫ vt nō appareat gs hēat ptem me
liorē:ſed ꝙ videātur equales tā vendēs q̄
emēs aliter eēt illicitus.Jdē dicit Ricar.d
eo q emit ānuos reddit⁹ ēt pecuniarios.ſ
cēſum penſionē.vel ꝓdiū hereditāie vel ad
vitā ementis ꝙ lꝫ:ſi debita ſeruet̄ equalitas
Et Alex.lō.in quol̄.ſuo idēꝫ tꝫ τ cōiter oēs
doc.pariſiēſes τ canoniſte in.d.c.in ciuita
te .verꝫ ē ꝙ Jnno.ibidē limitat i reddit⁹bus
ꝯſtitutis non ꝯſtituēdis de nouo tp̄e ꝯctus.
ſed nō eſt rō diuerſitatis dūmodo reddit⁹
ſit realiter in re nō ficticie.Jdē tꝫ Jnno.ibi
dē de emptōe noīs debitorū ꝙ lꝫ.Facit.l.in
bentus la.2.C.de ſac.ſan.ec.Et idē dicēdūꝫ
ſi ꝓſata emantur ꝑpetuū Pe.de ancha.
dicit ꝙ ſi reddit⁹ de nouo ꝯſtituti ſint pecūia
les.qꝛ hn̄t magnā vicinitatē cū mutuo poti
us talitū emptio dr̄ ꝯctus vſurarius.Et ē ve
rū quo ad ꝓſumptionē.Secus eēt in ꝯſcia
qn̄ vere emerētur.Rodo.tn̄ dicit ꝙ qn̄ emi
tur reddit⁹ ad vitā emptoris ꝙ tunc nō ē tu
tū:ne vendens deſideret mortē ēptoris . Et
placet mihi.Rō:qꝛ pactū qđ inducit votūꝫ
captande mortis nō valet.l.ſi. C.de pac.τ
l.ſtipulatio hoc nō.ff.de ver.ob.Et iō ꝓhi

betur ꝓmiſſio ꝓbende nō vacātis in.c.2.de
ꝯceſ.ꝓben.li.6.Et hoc qꝛ ē ꝯ̄ bonos mores
Jō non dꝫ admitti.l.pacta.C.d pac. Qđ tn̄
non ē dicendū ꝙ ſit mortale peccatū vēdere
vel emere ad vitā ſm ſe:qꝛ hoc nō inuenit̄ ꝓ
hibitū ſi debite ſeruentur circōſtantie aliter
vſuſfructus nunq̄ꝫ poſſet ꝯſtitui q finit̄ mor
te.§.finitur Jnſti.de vſufru.Emere ēt vel vē
dere ad vitā venditoris magis lꝫ:qꝛ tale vo
tū non pōt interuenire.Nec ob.qđ dixi de
ēptione reditū pecuniario ꝫ ꝙ pecunia nō
ē vendibilis:qꝛ qđ ē mediū venditōis n̄ pōt
eē terminus.Quia ſciendū ē ꝙ ſicut in bo
nis noſtris habemus mobilia τ imobilia.
ſic τ ius vtrorūqꝫ. τ ip̄m ius pōt vēndi.ſicut
ipſa mobilia τ imobilia.Nō ergo venditur
pecunia.ſed ius percipiendi ipſos reditus
pecuniales quo vendito tranſit ipa pecūia
ſicut ius patronatus qđ vendi nō pōt trāſit
vendita terra q̄ illud hꝫ.Aduerte tn̄ ꝙ ſi gs
recipiat centū a Ticio vt ipſe Ticius ꝯſtituat
ſe debitorē reditus ānualis maioris q̄titatꝭ
q̄ acceperat.vſura eſt.qꝛ in re nullus ē redi
tus q emitur.niſi Ticius eēt ꝑſona q̄ ſolerꝫ
locare operas ſuas ad tn̄ pro anno τ ipas
vēderet.Similiter vſura vr̄:qn̄ exigitur pl⁹
de reddita q̄ res reddat in fructibus de lu
cro.Qđ bene nō.qꝛ pauci aduertūt. Et autē
de ꝙ talis ꝯctus quo quis emit reddit⁹ poſ
ſeſſionū vel domus cōiter fit ſub contractu
ēphiteotico ſiue libelario τ cū pacto ꝙ ille
q ſoluit penſionē poſſit reemere τ ſe libera
re a dicto cenſu.vn̄ dr̄ in aliquibus ptibus
venditio a ficto τ a catha franchi. Et ꝑꝑea
lꝫ locatio poſſit fieri pro ꝓcio totius reddi
tus quē reddit domus vel poſſeſſio. Nō tn̄
ſic poterit fieri in iſto ꝯctu libellario:qꝛ taliſ
tenetur manutenere rē ſuis expenſis.l.2.C.
de iure ēphi.Et tenet̄ ēt ſoluere penſionē:lꝫ
res peat caſu fortuito dūmō maior ps nō pe
reat.Secus in ꝯductore:qꝛ nō tenetur ſuis
ſūptibus manutn̄re.l.colonus in principio
ff.loca.nec tenet̄ peunte re caſu ſine culpa.c.
ꝑꝑ ſterilitatē de loca.Et iō ſi tn̄ vult de cēſu
q̄titi ſolueret conductor ſimplex ē iniuſtus
ꝯctus τ in fraudē vſure ꝑꝑ pactū de retrouē
dendo de quo infra.§.60.cūꝫ ſequentibus.
Et ꝑꝑea dꝫ haberi reſpectus nō ad fructus
ſi excedūt.ſed ad q̄titatem pecunie ſolute ꝓ
ꝓtio:ita ꝙ talis penſio multiplicata p.20.an
nos aſcendat ad totalē extimatōeꝫ rei ſic lo
cate.Et ſic erunt.5.pro centenario.vt ē tex.
in aūt.de non alie.§.qꝛ vero. τ in aūt.perpe
tua.C.de ſa.ſanc.ec. τ ibi nō.glo.Et ſequit̄.
Bar.in.d.l.2.τ do. Bartolomeus cipola

veronēſis.Et iō ſi locaretur ſimpliciter pro
6.nō poterit dari ad libelluꝫ.niſi pro.5.Un̄
qꝛ cōiter grauatur talis in cenſu iudico cōit
ꝯctum talē illicitū τ in fraudem vſurarum.
Utrū emens frumentum i herba vel vinū 45
in vite aut oleū τ huiuſmodi anteq̄ꝫ ſit ma
tura minus q̄ꝫ valebunt tp̄e quo matura
erunt ſit vſurarius cū videatur mutuū inter
pretatū.℞.ſm Bal.in ℞ica.C.de vſuris.ꝙ
aut p̄ns numerato eſt cā dāni ipſius vēden
tis. τ ſic eſt vſura p.c.in ciuitate de vſu.Aut
ſola ꝯuentio:qꝛ ꝓtium nō ſoluit̄ de p̄nti.Et
ſic ꝯctus lꝫ nō ſit vſurari⁹:ē tn̄ illicitus. Aut
neutrū eſt cā dāni:qꝛ non plus valet frumē
tū vel vinum ſub tali qualitate ꝑꝑ periculuꝫ
cui ſubiacet.Et ſic lꝫ.l.ſiſtulas.§. frumenta.
τ.l.ſi debitor.§.veriſimile.ff.de contrahē.
emp.Hoc intelligo.qn̄ emitur nō in genere
ſed determinate.ſ.frumentū iſtius agri i her
ba.vel vinum iſtius vinee.τc̄.
Tene ergo pro toto iſto.8.caſu melius in 46
telligēdo hanc regulā ꝙ ſi mutuū ſit princi
paliter ſpe habēdi vltra ſortē nullū pericu
lū pōt excuſare quin ſit vſura talis cōtract⁹.
Si vero mutuū ſit liberaliter. τ poſtea ꝑꝑ
periculū aliquid accipitur excuſat.
Nonus caſus ē rōe adminiſtratōis. puta 47
tenebat̄ gs collocare pecuniā alterius i ēp
tōe ꝓdiorū vt tutor:vel in aliud fructuoſum
τ nō fecit ille cuius erat pecunia poterit tn̄
vltra principale accipere q̄titū lucri habuiſ
ſet veriſimiliter ſi vt debuit collocaſſet.l.tu
tor q repertoriū.§.ſi poſt depoſitionē.ff.de
admi.tuto.Et facit ꝯ̄ ꝓlatos qui p̄nt acquir̄
re eccl̄ie τ nō faciunt.12.q.2.quicunqꝫ.
Decim⁹ caſus ē rōe hoſtilitatis.Nā quē 48
poſſum perſequi gladio τ bonis ſpoliare
iuſte poſſum etiam licite vſuras ab eo extor
quere.14.q.4. ab illo dūmodo non ſit ſcā
dalum alijs.
Undecimus caſus rōne oſtentatōis. Exē 49
plū do tibi pecuniā ſignatā ad oſtentatōem
vel ēt ad ſupponēduꝫ pignori ita ꝙ volo il
lā met quā tibi dedi in numero mihi reſtitu
as τ vltra eā aliquid lucri. Nā talis ꝯctus
lꝫ:cū nō ſit mutuū.ſed potius locatio.vt nō
glo.in.c.ſi feneraueris.14.q.3. τ in.d.c.con
queſtus.Et facit.l.3.§.vltio. τ.l.ſe. ff.commo.
Concordat Sco.in.4. di.15.
Duodecimus ē rōne alterius contractus 50
a mutuo vero vel interpretato.Nā in ſolo
mutuo vero vel interpretato conſiſtit vſura:
qn̄ aliquid ſupra ſortē.i.mutuatū exigit̄.qꝛ
vſus rei in mutuo non ē ſeperatus a conſu
mtione ipſius rei mutuate ſeu dn̄io. Jdeo

exigens aliqd vltra ſortē rapit vſū. Et ſic dr̄ vſura: nō ſic in alijs ꝯtractibus. Et qꝛ aliqñ cōtractus apparētes nō ſūt mutui. ⁊ tñ ē ſaltem interpretatiuū. ꝓpterea de multis q̄ſtionibus ſb̄ inferā que fiunt i diuerſis ꝯtractibus a mutuo apparenti.

51 Et pͥo circa cambia ſciendū ꝙ oīa reducunt ad tria. ſ. realia ſolum. ⁊ ſc̄o ad realia. ⁊ per lr̄as. ⁊ tertio ad ſicca.

52 De cambio reali ſolū. Utrū cābium reale liceat qñ rōne eius aliquid lucri accipitur. ⁊ eſt qñ qs hꝫ ducatos in auro vellet monetā: vel hñs monetā vellet aurū vel alterius generis pecuniā campſor vult tñ pro ducato vtrū ſit vſurarius. R̷. ꝙ non: qꝛ nō pōt ee͂ mutuū in cāpſore in hoc. vñ minuere ſortē non pōt eſſe vſura. ſed bñ augere. tex. ē nō. in. l. rogaſti. §. ſi tibi dedero. ff. ſi cer. pe. poſſet bene ee͂ iniuſticia: qñ exceſſiuū lucrū acciperet reſpectu laboris. Et lꝫ quidā dicant licere cāpſoribus ſolū qui de hoc faciūt artē non alijs: tñ ego non video rōnem diuerſitatis cur non poſſīt extimare laborē nūeratiōis vnius ducati vnū ſoldum ſicut quilibet alius. Tñ ē verū ꝙ aliquid plus poſſūt rōnabiliter accipere illi q de hoc faciunt artē: qꝛ maiores labores portant cū ſemper ſint parati.

53 Utrū cābiū reale ⁊ ꝑ lr̄as liceat: ⁊ ſit duobus modis. Pͥo hoc mō. Ego habeo hic Janue. c. aureos vellē ꝙ mihi rn̄derentur rome ꝯuenio cū campſore vt faciat mihi litteras qbus dent mihi nouaginta qnqꝫ ſolū reliquū lucretur. R̷. ſm Bal. in. c. i. de plus peti. ꝙ licitus ē talis ꝯtꝰ ⁊ neceſſarius iure gentiū mutuus nāli rōe: eo ꝙ cāpſor ſubit pericula viarū ⁊ dāna nunciorū: penſiones operarū ⁊ ſalarioꝝ i factorū. vt nō. in. l. periculi. ff. de nauti. feno. ⁊. l. traiectice in prin. ff. de ac. ⁊ ob. ⁊. l. qui rome. §. i. ff. de verbo. obli. vñ ſi aliquid lucrat̄ hoc ē iuſtū cū induſtria accedat rei licite. l. ſi heres. ff. ad. l. fal. preterea numeranti mihi decē lꝫ paciſci ꝙ ei nō reddā niſi nouē cū nō poſſit eſſe vſura minuere ſortē. ſed bene augere vt dictū eſt. Poſſet tñ eſſe iniuſticia qñ exceſſiuū lucrū caperet reſpectu laborū ⁊ expenſarū ⁊ periculi. vel qñ pecunias nō bonas daret. Fit Scd̄o mō cābium ꝑ litteras ⁊ reale hoc mō. Eſt vltramōtanus q hñs mille ducatos venetos ⁊ itēdēs ferre eos venetias vbi plꝰ valent ⁊ ibi expēdere inuenit campſorē in ſua patria habentē tabulā cambij venetijs ⁊ tradit ei ad ſorū cambij venetiarū. vt ſibi venetijs reddātur. Talis ꝯtus pōt eſſe licitus. ⁊ ē qñ nō intendit ꝑ priorē traditōem habere lucrū. ſed rōe patrie illud reportat. Si v̓o ex hoc ꝙ prius tradit vltra montes q̄ recipiat venetijs intēdit lucrū habere erit vſurarius: cū prior traditio īducat rōnē mutui ⁊ ſpe hn̄di vltra ſortē. Et ſic erit vſura.

